89. *in medium*] 'for use in common'; cf. VII 365, 366 *nonne superfusis collectum cornibus hostem in medium dabimus?* Verg. G. I 127 *in medium quaerebant.* Claudian quart. Cons. Honor. 296 *in commune iubes si quid censesue tenendum.* Weise reads with some MSS. *in medio* equivalent to 'as a prize'; but the Scholiast explains by *in commune.*

leuabit] Weise cf. Ov. Met. I 12 *circumfuso pendebat in aere tellus.* cf. also Eur. Troades 884 ὦ γῆς ὄχημα κἀπὶ γῆς ἔχων ἕδραν.

91. *totidem*] 'as many as the day', i.e. six.

signa] sc. of the zodiac.

92. *regni sociis*] 'partners in tyranny.' Cic. de off. I § 26 quotes from Ennius *nulla sancta societas nec fides regni est*, and applies it to the case of Caesar; cf. also Tac. Ann. XIII 17 *antiquas fratrum discordias et insociabile regnum aestimantes.* Ov. A. A. III 563, 564 *effuge riualem; uincis dum sola tenebis: non bene cum sociis regna Venusque manent.* Quint. Curt. X ix § 1 *insociabile est regnum.*

93. *gentibus ullis*] cf. supr. 31, 83, notes.

95. *fraterno*] cf. Hor. Epod. VII 17—20 *sic est; acerba fata Romanos agunt scelusque fraternae necis, ut immerentis fluxit in terram Remi sacer nepotibus cruor;* Tibull. II v 24 *Romulus aeternae nondum firmauerat urbis moenia consorti non habitanda Remo.*

97. *commisit*] ἔριδι ξυνέηκε μάχεσθαι; cf. Juv. I 162–163 *securus licet Aenaean Rutulumque ferocem committas.*

temporis angusti mansit concordia discors,
paxque fuit non sponte ducum. nam sola futuri
Crassus erat belli medius mora. qualiter undas 100
qui secat et geminum gracilis mare separat Isthmos
nec patitur conferre fretum, si terra recedat,
Ionium Aegaeo frangat mare: sic, ubi saeua
arma ducum dirimens miserando funere Crassus
Assyrias Latio maculavit sanguine Carras, 105
Parthica Romanos soluerunt damna furores.
plus illa uobis acie quam creditis actum est,
Arsacidae: bellum uictis ciuile dedistis.
diuiditur ferro regnum: populique potentis
quae mare quae terras quae totum continet orbem 110
non cepit fortuna duos. nam pignora iuncti
sanguinis et diro ferales omine taedas

98. *temporis angusti*] There are two possible interpretations of this very difficult line: (*a*) taking *discors* as part of the predicate, *temporis angusti concordia mansit* (*sed mansit*) *discors*, 'the short-lived concord endured, but 'twas a jarring concord', or (*b*) 'the jarring concord of a short space endured', i.e. endured for a short space. The introduction of *mansit*, which would rather require *tempus in angustum* would thus seem to have altered the scheme of the line: otherwise *temporis angusti concordia* would stand for a simple descriptive genitive such as Corn. Nepos Ages. VIII § 2 *cum annorum octoginta in Aegyptum isset;* see Madvig § 287.

concordia discors] cf. Hor. Epp. I xii 19. Ov. Met. I 433. Sen. Nat. Quaest. VII 27 § 3 *tota haec mundi concordia ex discordibus constat*, taken from the words of Heraclitus παλιντόνος ἁρμονίη κόσμου ὥσπερ τόξου καὶ λύρης.

100. *mora*] For this word used of a person cf. Verg. Aen. X 428 *pugnae nodumque moramque;* Liv. XXIII 9 *restituendae Romanis Capuae mora atque impedimentum es.*

101. *Isthmos*] sc. of Corinth, called by Pindar Isth. III 38 γέφυραν ποντιάδα.

102. *patitur*] 'and suffers it (*mare*) not to join its waters', i.e. the Corinthian and Saronic gulfs.

103. *frangat*] *terra* is probably the subject of *frangat;* cf. Hor. Carm. II iv 10—12, *ademptus Hector tradidit fessis leuiora tolli Pergama Graiis;* it is also possible to make *Isthmos* the subject: cf. Stat. Silu. IV iii 59, 60 *his paruus, Lecheo nihil uetante, Inous freta miscuisset Isthmos.* For the meaning of *frangat* cf. V 605, 606 *Boreas—suumque in fluctus Cauri frangit mare.*

104. *dirimens*] equivalent to *qui dirimebat:* for a similar use of the participle cf. Catull. LXIV 8 *diua retinens in summis urbibus arces.*

106. *Parthica damna*] 'the disasters arising from the Parthians'; cf. II 402 *Delmaticis fluctibus*, equivalent to 'waves from the Dalmatian side'; V 703 *Hesperii duces*, equivalent to 'the leaders in Italy'.

soluerunt] 'let loose'; cf. Plut. Pomp. 53 μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ Κράσσος ἐν Παρθοις ἀπολωλὼς ἠγγέλλετο· καὶ τοῦτο κώλυμα ὂν μέγα τοῦ συμπεσεῖν τὸν ἐμφύλιον πόλεμον ἐκποδὼν ἐγεγόνει.

110. *totum orbem*] cf. Sen. dial. II 2 § 2 *potentiae immensa cupiditate quam totus orbis in tres diuisus satiare non poterat.*

111. *cepit*] cf. Verg. Aen. IX 644 *nec te Troia capit;* Juv. X 148 *hic est quem non capit Africa;* Shakspeare, K. Henry IV. pt. I v 4 'When that this body did contain a spirit, A kingdom for it was too small a bound.'

pignora] Perhaps her child which died a few days before its mother; cf. Plut. Caes. XXIII.

112. *taedas*] 'marriage torches'.

abstulit ad manes Parcarum Iulia saeua
intercepta manu. quodsi tibi fata dedissent
maiores in luce moras, tu sola furentem 115
inde uirum poteras atque hinc retinere parentem,
armatasque manus excusso iungere ferro,
ut generos mediae soceris iunxere Sabinae.
morte tua discussa fides bellumque mouere
permissum ducibus. stimulos dedit aemula uirtus. 120
tu noua ne ueteres obscurent acta triumphos,
et uictis cedat piratica laurea Gallis,
Magne, times: te iam series ususque laborum
erigit impatiensque loci fortuna secundi.
nec quemquam iam ferre potest Caesarue priorem 125
Pompeiusue parem. quis iustius induit arma
scire nefas: magno se iudice quisque tuetur,
uictrix causa deis placuit sed uicta Catoni.
nec coiere pares: alter uergentibus annis
in senium longoque togae tranquillior usu 130

115. *furentem*] This reading has been jected to on account of the assonance h *parentem* in the following line, and red to *furentes*, but there are other ances of similar carelessness in the m, e.g. VII 763, 764 *nocentes—furentes*.
17. *excusso*] 'striking the sword from r grasp.'
11. *acta*] The MSS. vary between , *facta* and *fata*. Oud. cf. VIII 320 *magis in terras nostrum felicibus nomen abit?*
14. *erigit*] 'pricks on'; cf. Corn. Themist. I § 3 *quae contumelia non it eum sed erexit;* Tac. Hist. V 15 *praeli euentus utrumque ducem dis animi motibus ad maturandum mae rei discrimen erexit.*
15. *nec quemquam*] cf. Florus IV ii *iam Pompeio suspectae Caesaris opes esari Pompeiana dignitas grauis: nec ferebat parem, nec ille superiorem. : sic de principatu laborabant uam duos tanti imperi fortuna non ret.*
6. *quis*] equivalent to *uter;* cf. V 602 *bium pendet uento cui pareat aequor* o winds Caurus and Boreas; Pers. II 20; VIII 195, 196 *finge tamen gladios inde hinc pulpita poni, quid satius?* this s very rare in the golden age of Latin ry; but cf. Verg. Aen. XII 719 and 727.

induit] For the indicative cf. IX 563 *quaere quid est uirtus?* Pers. III 66—72. This use is also found in the ante-Augustan poets; cf. Madvig §§ 356 obs. 3.

127. *quisque*] equivalent to *uterque*.

128. *uictrix causa*] cf. II 288 *crimen erit superis et me fecisse nocentem;* Cic. pro Ligar. § 19 *causa tum dubia erat quod erat aliquid in utraque parte quod probari posset: nunc melior ea iudicanda est quam etiam di adiuuerunt.* The Stoics regarded the 'wise man' as having attained to such an exalted position that they did not shrink from comparing him with the gods themselves. cf. Sen. dial. I vi § 6 *ferte fortiter: hoc est quo deum antecedatis, ille extra patientiam malorum est, uos supra patientiam.* Epp. IX ii 15 *Iuppiter quo antecedit uirum bonum? diutius bonus est: sapiens nihilo se minoris aestimat quod uirtutes eius spatio breuiore cluduntur.*

129. *pares*] 'equally matched', cf. Hor. Sat. II vi 44 *Thrax est Gallina Syro par?*

130. *senium*] 'decay', as usually; cf. IV 812 *a quibus omne aeui senium sua fama repellit.* Pompeius was at this time only fifty-eight years of age, Caesar being fifty-two.

togae] 'civil life'; cf. VIII 813 *dic semper ab armis ciuilem repetisse togam.*

dedidicit iam pace ducem; famaeque petitor
multa dare in uolgus; totus popularibus auris
impelli plausuque sui gaudere theatri:
nec reparare nouas uires, multumque priori
credere fortunae. stat magni nominis umbra: 135
qualis frugifero quercus sublimis in agro
exuuias ueteres populi sacrataque gestans
dona ducum: nec iam ualidis radicibus haerens
pondere fixa suo est: nudosque per aera ramos
effundens trunco non frondibus efficit umbram; 140
et quamuis primo nutet casura sub Euro,
tot circum siluae firmo se robore tollant,
sola tamen colitur. sed non in Caesare tantum
nomen erat nec fama ducis: sed nescia uirtus
stare loco: solusque pudor non uincere bello. 145
acer et indomitus; quo spes quoque ira uocasset
ferre manum, et numquam temerando parcere ferro:
successus urgere suos, instare fauori
numinis: impellens quidquid sibi summa petenti
obstaret, gaudensque uiam fecisse ruina. 150

132. *multa*] i. e. games and largesses.

133. *sui theatri*] Pompeius had built the first stone theatre at Rome; VII 9 foll.: Verg. G. II 508 foll.

134. *nouas*] to be taken as a predicate: 'regain his strength afresh.'

que] may be translated as 'but', cf. 633 infr. VI 756: so *οὔτε—τε* is used in Greek.

135. *nominis umbra*] 'the shadow of a mighty name'. Weise, cf. VIII 449 *quis nominis umbram horreat?*

137. *exuuias*] For this custom of hanging spoils on trees, cf. Verg. Aen. XI 5—7 *ingentem quercum decisis undique ramis constituit tumulo fulgentiaque induit arma Mezenti ducis exuuias;* Stat. Theb. VI 67.

138. *nec—ualidis*] See note on 72 supr.

radicibus] cf. the metaphorical expression in Cic. ad Att. VI 6 § 4 *Pompeius, eo robore uir, eis radicibus.*

139. *pondere*] 'it stands firm by its mere weight'. cf. Ov. Met. IX 41 *manet illa suoque est pondere tuta.*

141. *et*] This reading seems to have the better authority. Oud. with some MSS. reads *at.*

143. *sola tamen colitur*] cf. Quintil. X i § 88 *Ennium sicut sacros uetusti lucos adoremus in quibus grandia et u tiqua robora iam non tantam hab speciem quantam religionem.*

tantum] 'not a mere name alone', ferring to line 135 supr.

145. *stare loco*] Oud. cf. Verg. G. 84 *stare loco nescit.*

pudor] 'and knows no shame exc defeat'. For the infinitive after *pudor* Sil. Ital. IV 328 *trepidaque a mente rec uertere terga pudor.*

147. *temerando parcere ferro*] 'shr from staining his sword'. cf. VII *parcendum ferro.*

148. *urgere*] 'press', i.e. make most of; cf. Cic. ad fam. VII 8 § 2 *quis urges istam occasionem et facultatem melior numquam reperietur.*

instare] 'follow up'; cf. Tac. Hist. *Ciuilis instare fortunae;* Agric. XVIII *ignarus instandum famae.*

149. *impellens*] 'o'erthrowing', cf. 440 *nodosa impellitur ilex.*

150. *ruina*] Oud. cf. II 439 *Caesa arma furens nullas nisi sanguine gaudet habere uias.*

qualiter expressum uentis per nubila fulmen
aetheris impulsi sonitu mundique fragore
emicuit rupitque diem populosque pauentis
terruit obliqua praestringens lumina flamma:
in sua templa furit: nullaque exire uetante 155
materia, magnamque cadens magnamque reuertens
dat stragem late sparsosque recolligit ignes.
hae ducibus causae suberant: sed publica belli
semina, quae populos semper mersere potentis.
namque ut opes mundo nimias fortuna subacto 160
intulit et rebus mores cessere secundis,
praedaque et hostiles luxum suasere rapinae:
non auro tectisque modus: mensasque priores
aspernata fames: cultus gestare decoros

151. *expressum*] For the theory that thunder and lightning are caused by the collision of clouds, cf. Sen. Nat. Quaest. II 1 § 6 *nubes conlisae mediocriter fulgurationes efficiunt, maiore impetu impulsae fulmina:* Id. II 26 foll. Compare also Lucret. VI 96 foll., Aristoph. Nub. 404 foll.

152. *impulsi*] 'smitten'; cf. Ov. Met. III 21 *mugitibus impulit auras.*

153. *diem*] 'the light of heaven', 'the bright sky'; cf. Stat. Theb. I 200 *effusa sub omni terra atque unda die.*

pauentis] cf. Verg. G. I 330 *mortalia corda per gentes humilis strauit pauor.* Lucret. V 1218—1221 *cui non correpunt membra pauore fulminis horribili cum plaga torrida tellus contremit, et magnum percurrunt murmura caelum? non populi gentesque tremunt?*

154. *obliqua*] Oud. cf. Sen. dial. VI 18 § 3 *obliqua fulmina et caeli fragorem;* Sen. Thyest. 358 *quem non concutiet cadens obliqui uia fulminis?*

155. *sua templa*] 'the quarter of the sky whence it came'; cf. IX 321 (*Auster*) *in sua regna furens.* This well-known meaning of the word *templum* is explained at length by Varro de Ling. Lat. VII §§ 6, 7, who quotes from the *Hecuba* of Ennius, *O magna templa caelitum commixta stellis splendidis.*

nulla materia] i.e. nothing solid, only clouds.

156. *reuertens*]

'Great wast, as foorth it sallyes and retires,
It makes, and gathers his dispersed fires.'—May.

The lightning was supposed to return again to the sky. Weise cf. Xen. Mem. IV iii 14 (κεραυνὸς) ὁρᾶται οὔτ' ἐπιὼν οὔτε κατασκήψας οὔτε ἀπιών. Sen. Epp. VI v 8 *quomodo fulmini etiam cum latissime percussit ac fulsit per exiguom foramen est reditus.*

157. *recolligit*] cf. Ov. Met. VII 215, 216 *nunc opus est sucis per quos renouata senectus in florem redeat primosque recolligat annos.*

158. *causae suberant*] 'were the hidden motives'; cf. Verg. Ecl. IV 31 *pauca tamen suberunt priscae uestigia fraudis.*

159. *semina*] cf. Cic. de offic. II § 29 *nec uero umquam bellorum ciuilium semen et causa deerit.*

mersere] cf. Sen. Epp. VI iii § 3 *quotiens aliquos Sciani odium deinde amor merserat;* Juv. X 57 *mergit longa atque insignis honorum pagina.* Id. XIII 8.

160. *namque ut opes*] cf. Tac. Hist. II 38.

161. *mores*] cf. Liv. pref. § 9; Hor. Carm. IV iv 35, 36 *utcunque defecere mores indecorant bene nata culpae;* Sall. Cat. 5 *corrupti ciuitatis mores.* Id. Hist. frag. 13 *ex quo tempore maiorum mores non paulatim, ut antea, sed torrentis modo praecipitati.*

163. *auro*] cf. Lucret. V 1274 *nunc iacet aes, aurum in summum successit honorem.*

tectis] Hor. Carm. II xv.

164. *aspernata fames*] cf. Petron. 119 *ingeniosa gula est, Siculo scarus aequore mersus ad mensam uiuus perducitur atque Lucrinis eruta litoribus uendunt conchylia cenas, ut renouent per damna famem.*

uix nuribus rapuere mares: fecunda uirorum 165
paupertas fugitur; totoque accersitur orbe
quo gens quaeque perit. tum longos iungere fines
agrorum, et quondam duro sulcata Camilli
uomere et antiquos Curiorum passa ligones
longa sub ignotis extendere rura colonis. 170
non erat is populus quem pax tranquilla iuuaret,
quem sua libertas immotis pasceret armis.
inde irae faciles; et quod suasisset egestas
uile nefas; magnumque decus ferroque petendum
plus patria potuisse sua; mensuraque iuris 175
uis erat: hinc leges et plebiscita coactae,
et cum consulibus turbantes iura tribuni:
hinc rapti fasces pretio sectorque fauoris
ipse sui populus, letalisque ambitus urbi,
annua uenali referens certamina Campo: 180
hinc usura uorax auidumque in tempora faenus

165. *nuribus*] 'young matrons'; cf. Ov. Met. II 366 *nuribus gestanda Latinis;* Petron. 119 *et laxi crines et tot noua nomina uestis, quaeque uirum quaerunt.*

mares] For the wearing of silk by men cf. Suet. Calig. 52 *uestitu calciatuque et cetero habitu neque patrio neque ciuili, ac ne uirili quidem ac denique humano semper usus est; saepe depictas gemmatasque indutus paenulas, manuleatus et armillatus in publicum processit; aliquando sericatus et cycladatus.*

fecunda uirorum] cf. Hor. Carm. I xii 37—44; III vi 36 foll.

167. *longos*] is part of the predicate: for the vast estates of the Romans cf. Liv. XXXIV 4 *ingens cupido agros continuandi;* Plin. H. N. XVIII § 35 *uerumque confitentibus latifundia perdidere Italiam iam vero et prouincias.* Petron. 48; Mart. IV lxiv 31—34; Juv. XIV 159 with Prof. Mayor's note.

170. *ignotis*] probably implies that the estates were so large that the owners did not know the cultivators; cf. Sen. dial. VII xvii § 2 *turpiter aut tam neglegens es ut non noueris pauculos seruos, aut tam luxuriosus ut plures habeas quam quorum notitiae memoria sufficiat;* Petron. 37 *ipse nescit quid habeat, adeo saplutus est...ipse Trimalchio fundos habet qua milui uolant... familia uero, papae papae, non mehercules puto decimam partem esse quae dominum suum nouerit.* Id. 48 *deorum beneficio non emo, sed nunc quicquid ad saliuam facit in suburbano nascitur eo quod ego adhuc non noui.*

172. *pasceret*] 'for whom its own freedom would suffice'; cf. Ov. Met. IX 176 *cladibus, exclamat, Saturnia, pascere nostris.*

174. *uile*] 'held light'; cf. Sall. Cat. XVI *fidem fortunas pericula uilia habere.*

176. *uis*] cf. Hes. W. and D. 189 χειροδίκαι.

coactae] 'carried through by force'.

177. *consulibus—tribuni*] i.e. all parties alike, the consuls being put loosely for the *optimates*, the tribunes for the *populares*.

178. *sector fauoris*] i.e. trafficking in its own favours without an agent or broker; cf. Prof. Mayor's note on Cic. Phil. II § 39 *et eius uiri nomine me insectari audes, cuius me amicum, te sectorem esse fateare?* Tac. Hist. I 20.

179. *ambitus*] a general term for 'corrupt practices': Suet. Aug. 40 *multiplici poena coercito ambitu.* Festus p. 5 M defines it as *crimen adfectati honoris.*

180. *uenali*] cf. Juv. X 77, 78 *iam pridem ex quo suffragia nulli uendimus effudit curas;* Petron. 109 *nec minor in campo furor est, emptique Quirites ad praedam strepitumque lucri suffragia uertunt. uenalis populus, uenalis curia patrum: est fauor in pretio.*

181. *usura uorax*] cf. Tac. Ann. VI 16 *sane uetus urbi faenebre malum et se-*

et concussa fides et multis utile bellum.
iam gelidas Caesar cursu superauerat Alpes,
ingentesque animo motus bellumque futurum
ceperat. ut uentum est parui Rubiconis ad undas 185
ingens uisa duci Patriae trepidantis imago
clara per obscuram uoltu maestissima noctem
turrigero canos effundens uertice crines
caesarie lacera nudisque adstare lacertis,
et gemitu permixta loqui: quo tenditis ultra? 190
quo fertis mea signa, uiri? si iure uenitis,
si ciues, huc usque licet. tum perculit horror
membra ducis, riguere comae, gressusque coercens
languor in extrema tenuit uestigia ripa.
mox ait: o magnae qui moenia prospicis urbis 195
Tarpeia de rupe Tonans Phrygiique penates
gentis Iuleae et rapti secreta Quirini
et residens celsa Latialis Iuppiter Alba

ditionum discordiarumque creberrima causa.

auidumque in tempora faenus] Of this obscure expression four possible interpretations have been suggested (1) 'greedily looking to the times of payment,' i.e. the calends &c. cf. Hor. Sat. I iii 87; Epist. I 69—70; (2) 'ever greedier as time goes on,' referring to compound interest: but in this sense *auidius* would be more natural; (3) 'money lent at usurious interest for stated periods' cf. Cic. ad Att. VI iii § 5 *renouato in singulos annos fenore;* (4) 'greedy to meet critical times' i.e. raised to a high rate on occasion of panics: for this use of the plural *tempora* cf. Cic ad Att. VIII x 2 *tempora exposui*, Id. ad fam. V xx § 8. It must always be remembered that *faenus* may mean either the interest on money lent, or the money on which interest is payable, or even 'interest' in the abstract.

182. *fides*] 'credit shaken'; cf. Tac. Ann. VI 17 *minuere fidem* et infr. *sic acta fides.*

multis utile bellum] 'war made the interest of many' cf. Petron. 119 *arma sunt miseris, detritaque commoda luxu miseribus reparantur; inops audacia tuta consule ciuicum;* or *motus* may refer to the feelings of the mind, cf. Verg. G. I 420—422 *pectora motus nunc alios, alios dum nubila uentus agebat, concipiunt;* Tac. Hist. I 17 *nullum turbati aut exsultantis animi motum prodidisse.*

184. *motus*] 'tumults'; cf. VI 322; Hor. Carm. II i 1 *motum ex Metello*

187. cf. Verg. Aen. II 589—592 *cum mihi se non ante oculis tam clara uidendam obtulit et pura per noctem in luce refulsit alma parens, confessa deam, qualisque uideri caelicolis et quanta solet.*

188. *turrigero*] refers to the towers of the city walls.

190. *permixta*] 'words broken with sighs'.

191. *mea*] emphatic, 'standards that are mine'.

192. *huc usque*] equivalent to *hactenus*, 'ye may no further go'.

194. *languor*] 'faint-heartedness' i.e. irresolution; cf. 393 and Cic. ad Att. XIV 6 § 3 *uides languorem bonorum.*

196. *Tarpeia*] cf. Propert. IV (V) i 7 *Tarpeiusque pater nuda de rupe tonabat.*

197. *Iuleae*] cf. Verg. Aen. I 288 *Iulius a magno demissum nomen Iulo.*

rapti] cf. Liv. I 16; Hor. Carm. III iii 15; Ov. Fast. II 496 foll.

secreta] alluding to the Quirinalia on XIII Kal. Mart. Cf. Ovid l. c.

198. *Latialis*] This refers to the temple of Iuppiter Latialis on the Alban mount visited by the consuls on the occasion of

'Vestalesque foci summique o numinis instar
Roma faue coeptis; non te furialibus armis 200
persequor: en adsum uictor terraque marique
Caesar ubique tuus, liceat modo, nunc quoque miles.
ille erit ille nocens qui me tibi fecerit hostem.'
inde moras soluit belli tumidumque per amnem
signa tulit propere. sicut squalentibus aruis 205
aestiferae Libyes uiso leo comminus hoste
subsedit dubius totam dum colligit iram;
mox ubi se saeuae stimulauit uerbere caudae,
erexitque iubas, uasto et graue murmur hiatu
infremuit, tum torta leuis si lancea Mauri 210
haereat aut latum subeant uenabula pectus,
per ferrum tanti securus uolneris exit.
fonte cadit modico paruisque impellitur undis
puniceus Rubicon cum feruida canduit aestas:
perque imas serpit ualles et Gallica certus 215
limes ab Ausoniis disterminat arua colonis.
tum uires praebebat hiemps atque auxerat undas
tertia iam grauido pluuialis Cynthia cornu,

the *feriae Latinae.* cf. Tac. Ann. VI 11 (17).

199. *numinis*] For the worship of the goddess Roma cf. Tac. Ann. IV 37. See also Burn, Rome and the Campagna p. 167 foll.

203. *hostem*] a public enemy, opposed to *ciues* 192 supr., cf. 682 infr. note.

205. *squalentibus*] 'uncultivated'; cf. Verg. G. I 407 *squalent abductis arua colonis.*

207. *colligit*] cf. II 93; Quintil. XI 3 § 53 *colligendus est spiritus*, and Cicero's explanation of *se colligere* Tusc. D. IV § 78.

208. *caudae*] Plin. H. N. VIII § 49 refers to this habit of the lion; cf. Hom. Il. XX 170—171 *οὐρῇ δὲ πλευράς τε καὶ ἰσχία ἀμφοτέρωθεν μαστίεται, ἐὲ δ' αὐτὸν ἐποτρύνει μαχέσασθαι.* Catull. LXIII 81 *age caede terga cauda, tua uolnera patere;* see Darwin's Expression of the Emotions, pp. 56 and 126.

209. *murmur*] For the accusative cf. Verg. Aen. IV 510 *ter centum tonat ore deos.*

210. *leuis*] 'light-armed', i.e. active.

212. *per ferrum*] 'through the opposing spears'. Oud. quotes the still more remarkable expression of Sen. dial. 2 § 6 (*barbari*) *gaudent feriri et instare ferro et tela corpore urgere et per suum uolnus exire—exire* thus is equivalent to 'force his way through the ring of hunters'. cf. Scott, Rokeby V xxxvi.

214. *puniceus*] 'dark-red', shows that Lucan derived the name Rubicon from *ruber.*

216. *limes*] The Rubicon and the Macra formed the boundary between Italy and Cisalpine Gaul till the time of Augustus, cf. 404 infr. See Strabo V 10 (227) *περὶ γὰρ τούτους τοὺς τόπους ἐστὶ τὰ ὅρια τῆς Ἰταλίας τῆς πρότερον καὶ τῆς Κελτικῆς κατὰ τὸ πρὸς τῇ θαλάττῃ ταύτῃ μέρος, καίπερ μετατιθέντων πολλάκις τῶν ἡγεμόνων. πρότερον μέν γε τὸν Αἶσιν ἐποιοῦντο ὅριον, πάλιν δὲ τὸν Ῥουβίκωνα ποταμόν· ἔστι δ' ὁ μὲν Αἶσις μεταξὺ Ἀγκῶνος καὶ Σήρας, ὁ δὲ Ῥουβίκων μεταξὺ Ἀριμένου καὶ Ῥαουέννης, ἄμφω δὲ ἐκπίπτουσιν εἰς τὸν Ἀδρίαν.*

218. *tertia*] Weise explains this as follows: *tertia Cynthia* est tertia nox ab interlunio quod plerumque pluuiam affert: hinc luna pluuiam portendens *grauida* uocatur, comparing Val. Flac. II 56 *grauido surrexit Cynthia cornu: grauido* is equivalent to 'surcharged with rain'.

et madidis Euri resolutae flatibus Alpes.
primus in obliquom sonipes opponitur amnem 220
excepturus aquas: molli tum cetera rumpit
turba uado faciles iam fracti fluminis undas.
Caesar ut aduersam superato gurgite ripam
attigit Hesperiae uetitis et constitit aruis:
hic, ait, hic pacem temerataque iura relinquo; 225
te, Fortuna, sequor. procul hinc iam foedera sunto.
credidimus fatis. utendum est iudice bello.
sic fatus, noctis tenebris rapit agmina ductor
impiger et torto Balearis uerbere fundae
ocior et missa Parthi post terga sagitta; 230
uicinumque minax inuadit Ariminon. ignes
solis lucifero fugiebant astra relicto,
iamque dies primos belli uisura tumultus
exoritur. seu sponte deum, seu turbidus Auster
impulerat, maestam tenuerunt nubila lucem. 235
constitit ut capto iussus deponere miles
signa foro, stridor lituom clangorque tubarum
non pia concinuit cum rauco classica cornu.
rupta quies populi stratisque excita iuuentus
deripuit sacris adfixa penatibus arma 240
quae pax longa dabat: nuda iam crate fluentis

219. *Alpes*] 'mountains'; a reference to the map will show that the Rubicon does not rise in the Alps.

221. *molli*] 'gentle', 'easy'; cf. Verg. Ecl. IX 8 *mollique iugum demittere cliuo;* or it may be taken as proleptic, cf. Propert. I XX 22 *mollia composita litora fronde tegit.*

225. *temerata*] i.e. by Pompeius and the senatorial party; cf. 277 foll. infr.

227. *iudice bello*] 'the sword must be our umpire'. Oud. cf. Petron. 122 *iudice fortuna cadat alea.*

229. *uerbere*] 'thong', cf. Verg. G. I 309 *stuppea torquentem Balearis uerbera fundae.*

231. *Ariminon*] The common reading is *Ariminum; ut ignes*, Cortius reads *et ignes*. Perhaps it is better here to write the Greek form Ariminon, as in II 46 the MSS. apparently have *Auximon*. It would be unexampled not to have the *um* in *Ariminum* elided, though monosyllables in *m* are often not elided, see Dr Munro's note on Lucret. II 404.

233. *tumultus*] This word is perhaps purposely used on account of the special sense which it bears of a war in Italy; cf. Cic. Phil. VIII §§ 2—4 especially *itaque maiores nostri tumultum Italicum, quod erat domesticus, tumultum Gallicum, quod erat Italiae finitimus, praeterea nullum nominabant.*

235. *impulerat*] Weise reads *impulerit* with some MSS., but *impulerat* seems on every ground to be preferable, and is the reading of the Roman edition of 1469.

238. *non pia*] referring as usual to civil war, cf. Verg. G. I 511 *saeuit toto Mars impius orbe.*

classica] 'alarums' May.

239. *iuuentus*] 'the men of military age', its usual meaning.

241. *dabat*] 'supplied'.

nuda] i.e. the wickerwork was left bare by the decay of the covering of hide; for *crate* Weise cf. III 485 *perpetuam rupit defesso milite crutem.*

inuadunt clupeos curuataque cuspide pila
et scabros nigrae morsu robiginis enses.
ut notae fulsere aquilae Romanaque signa,
et celsus medio conspectus in agmine Caesar, 245
diriguere metu, gelidus pauor occupat artus,
et tacito mutos uoluunt in pectore questus:
o male uicinis haec moenia condita Gallis,
o tristi damnata loco. pax alta per omnes
et tranquilla quies populos: nos praeda furentum 250
primaque castra sumus. melius, Fortuna, dedisses
orbe sub Eoo sedem gelidaque sub Arcto
errantisque domos Latii quam claustra tueri.
nos primi Senonum motus Cimbrumque ruentem
uidimus et Martem Libyes cursumque furoris 255
Teutonici. quotiens Romam Fortuna lacessit,
hac iter est bellis. gemitu sic quisque latenti
non ausus timuisse palam: uox nulla dolori
credita: sed quantum, uolucres cum bruma coercet,
rura silent mediusque tacet sine murmure pontus, 260
tanta quies. noctis gelidas lux soluerat umbras:
ecce faces belli dubiaeque in proelia menti

fluentis] 'rotting', 'falling to pieces'; cf. II. 166; so it is used by Plin. H. N. XXVII § 17, 138 of hair falling off.

242. *inuadunt*] 'seize', cf. Petron. 15 *caluus inuaserat pallium.*

curuata cuspide] 'bent at the point'.

245. *celsus*] 'aloft', i.e. on horseback; cf. Stat. Theb. VIII 563 *nunc pedes ense uago prensis nunc celsus habenis;* Verg. Aen. VII 285 *sublimes in equis.*

247. *tacito.....pectore*] 'within their breast', *tacito* implies that from fear they kept back what they might have said, in forcible juxtaposition with *mutas* 'unspoken': for the use of the latter word cf. Soph. O. C. 131 τὸ τᾶς εὐφήμου στόμα φροντίδος ἱέντες. cf. 257, 258 inf.

248. *o male*] 'alas! for this town founded with such evil neighbours as the Gauls'. For the founding of a Roman colony at Ariminum cf. Vell. Pat. I 14 § 6, and for its fidelity to Rome in the second Punic war, Liv. XXVII 10.

253. *errantisque*] cf. Aesch. Prom. 709 foll.; Hor. Carm. III xxiv 9; Pind. frag. 72 νομάδεσσι γὰρ ἐν Σκύθαις ἁλᾶται Στράτων ὃς ἁμαξοφόρητον οἶκον οὐ πέπαται.

claustra] 'guard the keys of Latium'; cf. Liv. IX 32 *Sutrium uelut claustra Etruriae erat.*

254. *Senonum motus*] The Senones were the tribe that captured Rome 390 B.C. for *motus* cf. Tac. Hist. V 9; Agric. 25.

255. *Martem Libyes*] i.e. Hannibal's army in the second Punic war.

259. *credita*] 'trusted to express their grief'; cf. 520 infr.

quantum] used adverbially.

260. *silent*] *silere* and *tacere* seem to be here used indifferently.

medius] It is not easy to see the point of the epithet: the transition is very abrupt from the woods and fields to the open sea. The line is taken from Theocr. II 38 ἠνίδε σιγῇ μὲν πόντος σιγῶντι δ' ἀήται, in which there is no word answering to *medius.*

262. *faces belli*] 'the torch that was to kindle the flame of civil war': the *mens* (probably Caesar's cf. 192—194 supr. and 280—281 infr.) is looked upon as fuel ready for the firing. Cf. Tac. Hist. I 24 *flagrantibus iam militum animis uelut faces addiderat Maeuius Pudens.* Notice

urgentis addunt stimulos cunctasque pudoris
rumpunt fata moras: iustos Fortuna laborat
esse ducis motus et causas inuenit armis. 265
expulit ancipiti discordes urbe tribunos
uicto iure minax iactatis curia Gracchis.
hos iam mota ducis uicinaque signa petentis
audax uenali comitatur Curio lingua:
uox quondam populi libertatemque tueri 270
ausus et armatos plebi miscere potentis.
utque ducem uarias uoluentem pectore curas
conspexit: dum uoce tuae potuere iuuari,
Caesar, ait, partes quamuis nolente senatu
traximus imperium tum, cum mihi Rostra tenere 275
ius erat et dubios in te transferre Quirites.
sed postquam leges bello siluere coactae,
pellimur e patriis laribus patîmurque uolentes
exsilium: tua nos faciet uictoria ciues.
dum trepidant nullo firmatae robore partes, 280
tolle moras. semper nocuit differre paratis.
par labor atque metus pretio maiore petuntur.
bellantem geminis tenuit te Gallia lustris

he confusion of metaphor: the fates first pply torches, then use the goad, and nally burst the bonds.

263. *pudoris*] 'the delay caused by hame'.

265. *esse*] For the infinitive after *laborare* cf. Plin. Epp. I 10 § 2 *amari ab laborauí*.

266. *ancipiti*] 'wavering'.

267. *uicto iure*] 'trampling on their ights'; i.e. because the Tribuneship was sacrosancta potestas.

iactatis] 'harping on the Gracchi'. Ovid. cf. Sil. Ital. II 182 *mersum pelago laterat Vlixem*.

269. *uenali*] cf. IV 819, 820 *momentum-ne fuit mutatus Curio rerum Gallorum ptus spoliis et Caesaris auro*.

271. *miscere*] 'to bring down armed iefs to the level of the people'. *miscere* equivalent to *in ordinem cogere*; cf. III 8. Curio had proposed in the senate that mpeius and Caesar should lay down ir arms simultaneously; cf. Appian, il Wars II 28—31 (§ 704).

275. *traximus*] 'prolonged', i.e. op-ed the proposition to deprive Caesar of his province before the end of his second five-years term.

278. *uolentes*] If this means anything more than going into voluntary exile, i.e. without being formally banished, it must be explained by the following line: 'we are willing to suffer exile to be restored by you'.

279. *tua nos*] Notice the order of the words here: the sense is

(1) we can only be restored by your victory.

(2) you may conquer, we shall reap the fruits.

(3) we are sure that you will conquer.

ciues] cf. Hor. carm. II vii 3 *quis te redonauit Quiritem?*

280. *robore*] cf. II 245.

partes] i.e. the enemy's side; cf. *ferro* 31 supr., *gentibus* 82 and 93 supr., *cohortes* 305 infr.

281. *differre*] 'procrastination'.

paratis] masc. *τοῖς παρεσκευασμένοις*.

282. *par labor*] the toil and anxiety are no more (i.e. than in the conquest of Gaul), the reward is greater.

pars quota terrarum. facili si proelia pauca
gesseris euentu tibi Roma subegerit orbem. 285
nunc neque te longi remeantem pompa triumphi
excipit aut sacras poscunt Capitolia lauros.
liuor edax tibi cuncta negat: gentesque subactas
uix impune feres. socerum depellere regno
decretum genero est: partiri non potes orbem: 290
solus habere potes. sic postquam fatus, et ipsi
in bellum prono tantum tamen addidit irae
accenditque ducem quantum clamore iuuatur
Eleus sonipes, quamuis iam carcere clauso
immineat foribus pronusque repagula laxet. 295
conuocat armatos extemplo ad signa maniplos:
utque satis trepidum turba coeunte tumultum
composuit, uoltu dextraque silentia iussit:
bellorum o socii, qui mille pericula Martis
mecum, ait, experti decimo iam uincitis anno, 300
hoc cruor Arctois meruit diffusus in aruis
uolneraque et mortes hiemesque sub Alpibus actae?
non secus ingenti bellorum Roma tumultu
concutitur quam si Poenus transcenderet Alpes
Hannibal. implentur ualido tirone cohortes: 305

284. *facili*] 'favourable'; cf. Tibull. II iv 19 *ad dominam faciles aditus per carmina quaero*, and *facillime agere* Ter. Adelph. 501: also *faciles dei* 'propitious gods', Ov. Heroid. XVI 280 *sic habeas faciles in tua uota deos.*

285. *tibi Roma*] 'it will be for you that Rome has subdued the world'; *tibi* i.e. non sibi; *Roma* i.e. non tu, ut tibi non fuerit amplius laborandum; *orbem* i.e. non Galliam tantum.

287. *sacras lauros*] Van Jever thinks that this refers to the ovation as distinct from the triumph, comparing Suet. Dom. VI *de Cattis Dacisque post uaria proelia duplicem triumphum egit: de Sarmatis lauream modo Capitolino Loui retulit.*

Capitolia] cf. Ov. Met. I 560, 561 *tu ducibus Latiis aderis, cum laeta triumphum uox canet et longas uisent Capitolia pompas.*

289. *impune*] 'scarce will you go unpunished for having subdued so many nations'; compare the feelings of Tiberius towards Germanicus, Tac. Ann. II 26.

feres] cf. Ov. Met. II 474 *haud impune feres.* Id. XI 207.

291. *ipsi*] i.e. 'his leader'. *ipsi* often used by slaves of their master: Plaut. Cas. IV ii 10 *ego eo quo me ipsi misit*, and by disciples of their teacher, Quintil. XI i § 27.

292. *tamen*] For the position of word cf. 378 infr.

293. *iuuatur*] 'is roused'; cf. Ov. Ponto, I vi 18 *alloquioque iuua pectora nostra tuo.*

295. *immineat*] 'throws himself against the door, and strives to loose the bars with outstretched head'. cf. Ov. Met. 155 *pedibusque repagula pulsant.*

298. *dextra*] cf. Pers. IV 8 *fert animus, quae fecisse silentia turbae maiestate mea.*

301. *Arctois*] i.e. in Gaul and Britain.

302. *sub Alpibus*] used loosely for Transalpine Gaul.

304. *transcenderet*] 'were forcing the passes of the Alps'. Oud. cf. VI 32[illegible] *tremum Scythici transcendam fr[illegible] orbem;* Propert. I xiv 19 *illa neque [illegible]bium metuit transcendere limen.*

in classem cadit omne nemus: terraque marique
iussus Caesar agi. quid? si mihi signa iacerent
Marte sub aduerso ruerentque in terga feroces
Gallorum populi? nunc, cum Fortuna secundis
mecum rebus agat superique ad summa uocantes, 310
temptamur. ueniat dux longa pace solutus
milite cum subito partesque in bella togatae
Marcellusque loquax et nomina uana Catones.
scilicet extremi Pompeium emptique clientes
continuo per tot sociabunt tempora regno? 315
ille reget currus nondum patientibus annis?
ille semel raptos numquam dimittet honores?
quid iam rura querar totum suppressa per orbem
ac iussam seruire famem? quis castra timenti
nescit mixta foro, gladii cum triste minantes 320

6. *in classem*] 'to build fleets'. cf. Claudian IV cons. Honor. 624 *utres fregere nemus;* cf. also Theocr. 99 ἀλλ' ἐγὼ ἐς χλαῖναν μαλακὸν ὀπτόκα πέξω τὰν οἶν τὰν πελλάν, ἰδᾷ δωρήσομαι αὐτός.

7. *agi*] 'to be hunted'; cf. Verg. VII 481 *ut ceruum ardentes agerent.*

rent] 'lay prostrate'; cf. Cic. pro n. § 30 *uestrum studium totum iacet,* lsewhere.

8. *feroces*] cf. Tac. Agric. 11 *plus t ferociae Britanni praeferunt, ut nondum longa pax emollierit: nam s quoque in bellis floruisse accepimus.*

9. *mecum agat*] cf. Plin. H. N. VII *abunde agitur atque indulgenter a na deciditur cum eo qui iure dici non r potest.*

10. *temptamur*] prouocamur ad bel- Weise.

11. *subito*] equivalent to *tumultuario.*

bella togatae] 'meeting war with the of peace', implying that Pompeius acked by men of words and not of .

12. M. Marcellus, consul B.C. 51, roposed that Caesar should be super- in his command before the expira- of his second five-years term; cf. n, Civil Wars II 26 (§ 703).

uina uana Catones] For the use of the l cf. VI 794, 795; Verg. G. II 169.

13. *extremi*] This must refer to the it kings in Africa and the East who under the influence of Pompeius, cf. VI 277 foll., and *extremus* is similarly used by Virgil G. II 114, 115 *adspice et extremis domitum cultoribus orbem, Eoasque domos Arabum pictosque Gelonos:* at the same time it is not easy to see how they could be said to prolong the power (*regnum*) of Pompeius, which would be done by his partizans at Rome, to whom also the word *empti* would apply better. However if these are meant *extremi* appears inexplicable, and *extnemi* and *empti* are so closely coupled together that they cannot refer to two different classes.

315. *continuo regno*] referring to the Gabinian and Manilian laws, &c.

316. *nondum*] Pompeius had triumphed over Hiarbas B.C. 81, at the age of 24: the legal age was 30.

317. *dimittet*] 'give up', 'let go'; cf. Lucret. V 758, 759 *solque suos etiam dimittere languidus ignes tempore cur certo nequeat, recreareque lumen.*

318. *rura*] so MSS.; if the reading be sound this must mean crops; cf. Hor. carm. IV v 18 *nutrit rura Ceres almaque Faustitas;* for the reference cf. Cic. ad Quint. frat. II iii § 2 *ille (Clodius) furens et exsanguis interrogabat suos in clamore ipso quis esset qui plebem fame necaret. respondebant operae, Pompeius.* Farnab. reads *iura.*

319. *iussam seruire*] 'made his instrument'.

320. *gladii*] For the intimidation practised by Pompeius at the trial of Milo. See Mommsen Bk. V chap. viii.

iudicium insolita trepidum cinxere corona,
atque auso medias perrumpere milite leges
Pompeiana reum clauserunt signa Milonem?
nunc quoque ne lassum teneat priuata senectus
bella nefanda parat suetus ciuilibus armis 325
et docilis Sullam sceleris uicisse magistrum.
utque ferae tigres numquam posuere furorem,
quas nemore Hyrcano matrum dum lustra sequuntur
altus caesorum pauit cruor armentorum,
sic et Sullanum solito tibi lambere ferrum 330
durat, Magne, sitis. nullus semel ore receptus
pollutas patitur sanguis mansuescere fauces.
quem tamen inueniet tam longa potentia finem?
quis scelerum modus est? ex hoc te iam, improbe, regn
ille tuus saltem doceat discedere Sulla. 335
post Cilicasne uagos et lassi Pontica regis
proelia barbarico uix consummata ueneno
ultima Pompeio dabitur prouincia Caesar,
quod non uictrices aquilas deponere iussus
paruerim? mihi si merces erepta laborum est 340
his saltem longi non cum duce praemia belli

324. *lassum*] 'worn out', cf. 336 infr.; Hor. carm. II vi 7 *sit modus lasso maris et uiarum militiaeque.*

326. *uicisse*] 'surpass'; cf. Cic. II in Verrem iv § 112 *quae deprecatio est igitur ei reliqua qui indignitate seruos temeritate fugitiuos scelere barbaros crudelitate hostes uicerit?*

Sullam] Even Cicero expresses his fear that Pompeius if victorious will imitate the proscriptions of Sulla; cf. ad Att. IX 10 § 6 *hoc turpe Gnaeus noster biennio ante cogitauit; ita sullaturit animus eius et proscripturit iam diu.*

327. *posuere*] an aorist; for the whole passage cf. Aesch. Ag. 717—756 especially χρονισθεὶς δ' ἀπέδειξεν ἦθος τὸ πρόσθε τοκήων.

329. *altus*] 'deep streams of blood of slaughtered oxen'; cf. III 572 *cruor altus in undis spumat.*

331. *nullus*] 'never does blood'; cf. VII 25 note.

332. *mansuescere*] 'to enjoy a bloodless meal'.

333. *potentia*] i.e. unofficial power, not *potestas.*

335. *discedere*] referring to Sulla's ab cation of the dictatorship; cf. App Civil Wars I 103 (§ 675).

336. *lassi*] because conquered bef by Sulla and Lucullus.

337. *barbarico*] Pontus was famous poisonous herbs; cf. Verg. Ecl. VIII 96 *has herbas atque haec Ponto mihi la uenena ipse dedit Moeris; nascuntu plurima Ponto.*

uix] The scholiast suggests that this an allusion to the difficulty which Mith dates was supposed to have found poisoning himself, as he had habitu taken antidotes.

338. *prouincia*] No English w exactly represents *prouincia;* 'empl ment', or 'charge' is perhaps the near cf. Liv. II 40 *Sicinio Volsci, Aqu Hernici prouincia euenit.* Id. XXV *praetores prouincias sortiti sunt; P. C nelius Sulla urbanam et peregrinam p duorum ante sors fuerat...Ti. Sempro Graccho et P. Sempronio Tuditano i perium prouinciaeque Lucani et Gall cum suis exercitibus prorogatae...T. C cilio classis.*

reddantur: miles sub quolibet iste triumphet.
conferet exsanguis quo se post bella senectus?
quae sedes erit emeritis? quae rura dabuntur
quae noster ueteranus aret? quae moenia fessis? 345
an melius fient piratae, Magne, coloni?
tollite iampridem uictricia tollite signa:
uiribus utendum est quas fecimus: arma tenenti
omnia dat qui iusta negat: nec numina deerunt:
nam nec praeda meis neque regnum quaeritur armis, 350
detrahimus dominos urbi seruire paratae.
dixerat, at dubium non claro murmure uolgus
secum incerta fremit: pietas patriique penates
quamquam caede feras mentes animosque tumentis
frangunt; sed diro ferri reuocantur amore 355
ductorisque metu. summi tum munera pili
Laelius emeritique gerens insignia doni
seruati ciuis referentem praemia quercum:
si licet, exclamat, Romani maxime rector
nominis et ius est ueras expromere uoces, 360

342. *iste*] 'this soldiery of mine', cf. v 351.
343. *exsanguis*] cf. Quint. Curt. IX iii 9 *intuere corpora exsanguia, tot perfossa ferro, tot cicatricibus putria.*
344. *rura*] referring to assignations of land, *moenia* in the following line to the foundation of military colonies.
346. *piratae*] cf. Vell. Pat. II 32 § 4 (Cilicedones) *fudit ac fugauit, et quo magis bellum tam late diffusum conficeret iniurias eorum contractas in urbibus reique mari loco in certa sede constituit. ut qui hoc carpant.* See also Conington's note on Verg. G. IV 127.
347. *iampridem*] This word may be taken with *uictricia* 'our long victorious standards'; or, perhaps better, with *tollite*, 'raise aloft at once'; cf. Verg. Aen. I 103 *iamdudum sumite poenas*, with Conington's note and references.
348. *quas fecimus*] A metaphor from the training of athletes; cf. Quintil. X 3 3 *uires faciamus ante omnia, quae faciant labori certaminum et usu non mutentur.*
351. *paratae*] Compare the language of Jugurtha concerning Rome, Sall. Jug. *urbem uenalem et mature perituram si emptorem inuenerit.*
354. *feras*] 'rendered fierce', ἀπηγριωμένας. See Dr Munro's note on Lucret. I 14.
355. *diro*] 'accursed'; cf. 444 infr.
ferri amore] cf. II 109. Hom. Od. XVI 294 αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἀνδρα σίδηρος.
356. *summi...pili*] i.e. he was a *centurio primi pili* otherwise termed *primipilaris* or *primipilus:* this title originally belonged to the first centurion of the first maniple of *triarii* who ranked next to the *tribuni militum.* After the distinctions between *hastati principes* and *triarii* were abolished by Marius when he raised the levy against Jugurtha B.C. 107—106 the *primipilus* was probably the first centurion of the first maniple of the first cohort, who acted as *aquilifer.* In later times the *primipilares* seem to have been a small corps acting as the general's body-guard. See Dict. Antiq. s. v. *exercitus.* cf. Mart. I xxxii 3 *grata Pudens meriti tulerit cum praemia pili.*
357. *emeriti*] 'well-deserved'; cf. Sil. Ital. VII 19 *surge age et emerito sacrum caput insere caelo.*
358. *referentem*] 'a witness of'; cf. Verg. Aen. V 564, and Conington's note.
quercum] i.e. the *corona ciuica*, in apposition with *insignia.* Weise refers to Gellius V 6.

quod tam lenta tuas tenuit patientia uires
conquerimur. deeratne tibi fiducia nostri?
dum mouet haec calidus spirantia corpora sanguis
et dum pila ualent fortes torquere lacerti
degenerem patiere togam regnumque senatus? 365
usque adeo miserum est ciuili uincere bello?
duc age per Scythiae populos per inhospita Syrtis
litora per calidas Libyae sitientis harenas:
haec manus ut uictum post terga relinqueret orbem
oceani tumidas remo compescuit undas, 370
fregit et Arctoo spumantem uertice Rhenum.
iussa sequi tam posse mihi quam uelle necesse est.
nec ciuis meus est in quem tua classica, Caesar,
audiero. per signa decem felicia castris
perque tuos iuro quocumque ex hoste triumphos; 375
pectore si fratris gladium iuguloque parentis
condere me iubeas plenaeque in uiscera partu
coniugis inuita peragam tamen omnia dextra;
si spoliare deos ignemque immittere templis,
numina miscebit castrensis flamma Monetae; 380
castra super Tusci si ponere Tybridis undas
Hesperios audax ueniam metator in agros.
tu quoscumque uoles in planum effundere muros
his aries actus disperget saxa lacertis:
illa licet penitus tolli quam iusseris urbem 385
Roma sit. his cunctae simul adsensere cohortes,
elatasque alte quaecumque ad bella uocaret

366. *usque adeo*] cf. Verg. Aen. XII 646 *usque adeone mori miserum est?*

369. *haec manus*] This refers to the expeditions of Caesar to Britain, which was regarded as another world; cf. Verg. Ecl. I 66 *penitus toto diuisos orbe Britannos;* Vell. Pat. II 46 § 1 (of Caesar crossing to Britain) *alterum paene imperio nostro ac suo quaerens orbem.*

370. *compescuit*] 'has curbed'.

371. *fregit*] If this means anything more than that the Rhine flows towards the north, it must refer to Caesar's passage of the river on the bridge described in the fourth book *de bell. Gall.*

372. *necesse est*] i.e. because we are already regarded as enemies by the senatorial party.

374. *decem felicia castris*] 'prospe in ten campaigns', cf. 283 supr. but V 374 *decimis castris* means 'in ten da march'.

378. *inuita*] 'though with unwill hand, I will yet fulfil all thy orders'.

380. *numina miscebit*] ueteres int pretes aedem aut statuam Iunonis Mone recte intelligebant, ut sensus esset: igni castris incendet statuam Iunonis Mone praeterea *miscere* est frangere, dissipa discindere ut II 188 *miscentur membr* hic in uniuersum, perdere statuam flamm Weise.

382. *Hesperios*] sc. of Italy.

metator] 'camp-surveyor', quart master; cf. Cic. Phil. XIV § 10 *peri metator et callidus decempeda.*

promisere manus. it tantus ad aethera clamor
quantus piniferae Boreas cum Thraecius Ossae
rupibus incubuit curuato robore pressae 390
fit sonus aut rursus redeuntis in aethera siluae.
Caesar ut acceptum tam prono milite bellum
fataque ferre uidet, ne quo languore moretur
fortunam, sparsas per Gallica rura cohortes
euocat et Romam motis petit undique signis. 395
deseruere cauo tentoria fixa Lemano.
castraque quae Vogesi curuam super ardua rupem
pugnaces pictis cohibebant Lingonas armis,
hi uada liquerunt Isarae qui, gurgite ductus
per tam multa suo, famae maioris in amnem 400
lapsus ad aequoreas nomen non pertulit undas.
soluuntur flaui longa statione Rutheni:
mitis Atax Latias gaudet non ferre carinas,
finis et Hesperiae promoto limite Varus:
quaque sub Herculeo sacratus numine portus 405
urget rupe caua pelagus: non Caurus in illum
ius habet aut Zephyrus: solus sua litora turbat
Circius et tuta prohibet statione Monoeci.
quaque iacet litus dubium quod terra fretumque

388. *promisere manus*] 'promised the help of their hands'. Oud. cf. Stat. Theb. IV 352 *trepidas sine mente sine ira promisere manus.*

391. *redeuntis*] 'springing back skywards'.

392. *acceptum tam prono milite*] 'welcomed with such eagerness on his soldiers' part'. *prono milite* is not ablative of the agent, but a kind of ablative absolute, or ablative of circumstance, cf. Hor. carm. III v 5, 6 *milesne Crassi coniuge barbara turpis maritus uixit?*

393. *ferre*] 'were speeding him on': the metaphor seems to be taken from a favouring wind: cf. Cic. II in Verr. V § 105 *ita sui periculi rationes ferre ac postulare;* Verg. Aen. IV 430 *exspectet facilemque fugam uentosque ferentis.*

397. *curuam*] 'high raised on the overhanging rocks of the Vosges'.

399. *gurgite suo*] 'with a stream of its own'.

400. *amnem*] i.e. the Rhone.

402. *soluuntur*] 'are relieved from'. *statione*] 'garrison'.

403. *non ferre*] cf. Strabo IV I § 14 (189) ἐκ δὲ Νάρβωνος ἀναπλεῖται μὲν ἐπὶ μικρὸν τῷ Ἄτακι· πεζεύεται δὲ πλέον ἐπὶ τὸν Γαρούναν ποταμόν.

404. *promoto*] Italy was extended to the Var by Augustus; cf. Plin. H. N. III § 31; Strabo V I § 1 (210).

405. *portus*] sc. portus Herculis Monoeci, now Monaco.

406. *urget*] 'encroaches on'.

Caurus] *Caurus* and *Zephyrus* are, as Plin. H. N. II § 119 shows, not easily to be distinguished: so *Auster* and *Notus* are apparently used for the same wind in II 454—460.

408. *Circius*] cf. Plin. H. N. II § 121 *in Narbonensi prouincia clarissimus uentorum est Circius, nec ullo in uiolentia inferior, Ostiam plerumque recto Ligustico mari perferens; idem non modo in reliquis partibus caeli ignotus, sed ne Viennam quidem eiusdem prouinciae urbem attingens.*

statione] 'roadstead' opposed to *portus;* cf. Vell. Pat. II 72 § 5 *exitialem tempestatem fugientibus statio pro portu foret.*

409. *quaque iacet*] Weber says that

uindicat alternis uicibus cum funditur ingens 410
oceanus, uel cum refugis se fluctibus aufert.
uentus ab extremo pelagus sic axe uolutet
destituatque ferens; an sidere mota secundo
Tethyos unda uagae lunaribus aestuet horis;
flammiger an Titan ut alentis hauriat undas 415
erigat oceanum fluctusque ad sidera ducat,
sc. *externis* cf. I 82, 93. fury', cf. infr. 324, 529. sc. Parthian: Oud. cf. *non tot Achaemeniis arittis.*

put] *caput* is used both of of the mouth of rivers: f. Pompon. Mela III cap. *capite duos lacus efficit;* ıkes it here, referring to e latter cf. III 202; Caes. *ienus multis capitibus in* in this case it would re- cf. note on III 202.

Getes]. According to 95) the country of the :en the Hister and the , and in VII 12 (304) he speaks of the Getae and Dacians as two divisions of the same people, and as such they are apparently regarded by Lucan in III 95 *Dacisque Getes admixtus:* although here they are opposed to one another by *hinc* and *inde.*

55. *alter*] Caesar: *hic*, Pompeius. *ad Eoas*] 'to meet the arrows of the East'.

56. *uacet*] 'be idle', i.e. so that it could be employed in civil war.

57. *collapsus in ignem*] 'sinking into flames', cf. Verg. Aen. II 624 *tum uero omne mihi uisum considere in ignes Ilium.*

58. *plurimus*] 'in a mass'; cf. Ov. Ibis 600 *plurima qua flammas Sicanis Aetna uomit.*

59. *saeue parens*] i.e. *Iuppiter;* cf. Hor. carm. I xii 13 *quid prius dicam solitis parentis laudibus?* see also Hom. Od. xx. 201, 202 Ζεῦ πάτερ οὔ τις σεῖο θεῶν ὀλοώτερος ἄλλος· οὐκ ἐλεαίρεις ἄνδρας, ἐπὴν δὴ γείνεαι αὐτός.

60. *tantone*] 'do they need such a crop of fresh horrors to find out which is to be lord of the capital'.

63. *ut neuter*] 'to prevent them both'. *pietas peritura*] 'patriotism doomed

egerit. at miseros angit sua cura parentes,
oderuntque grauis uiuacia fata senectae 65
seruatosque iterum bellis ciuilibus annos.
atque aliquis magno quaerens exempla timori,
non alios, inquit, motus tum fata parabant,
cum post Teutonicos uictor Libycosque triumphos
exsul limosa Marius caput abdidit ulua. 70
stagna auidi texere soli laxaeque paludes
depositum, Fortuna, tuom: mox uincula ferri
exedere senem longusque in carcere paedor.
consul et euersa felix moriturus in urbe
poenas ante dabat scelerum. mors ipsa refugit 75
saepe uirum, frustraque hosti concessa potestas
sanguinis inuisi: primo qui caedis in ictu
diriguit ferrumque manu torpente remisit;
uiderat immensum tenebroso in carcere lumen
terribilesque deas scelerum Mariumque futurum 80
audieratque pauens: fas haec contingere non est
colla tibi: debet multas hic legibus aeui
ante suam mortes: uanum depone furorem.

soon to fade away', i. e. as men become accustomed to civil war.

67. *exempla timori*] 'precedents to bear out his fears'.

68. *motus*] used specially of civil disturbances, cf. Hor. carm. II i 1 *motum ex Metello consule ciuicum;* see also note on I 184.

70. *Marius*] Oud. cf. Cic. in Pison. § 43 *C. Marius, quem Italia seruata ab illo demersum in Minturnensium paludibus, Africa deuicta ab eodem expulsum et naufragum uidit;* cf. also Juv. X 276—278 *exsilium et carcer Minturnarumque paludes, et mendicatus uicta Karthagine panis, hinc causas habuere.*

71. *auidi*] i.e. which is ready to swallow up everything, 'treacherous', cf. Hor. carm. I xxviii 18 *exitio est auidum mare nautis*'. Some MSS. and the Roman edition of 1469 read *uuidi* from which Grotius conjectured *udi*.

laxae] Weise explains this word as equivalent to *amplae, spatiosae*, for which sense one might compare Mart. II xxx 4 *et cuius laxas arca flagellat opes:* but it seems better to take it as 'yielding', 'loose', cf. Verg. G. IV 247 *laxos in foribus suspendit aranea casses.*

72. *depositum*] 'the charge entrusted to them'; cf. Juv. XIII 60 *si depositum non infitietur amicus.*

Fortuna] i. e. the evil destiny of Rome is regarded as entrusting Marius to the safe keeping of the marsh until she can use him for the ruin of Rome.

73. *exedere senem*] 'wore out the old man's strength'.

longus] From the account given by Plutarch in his life of Marius cap. 38 it does not appear that he was long detained in prison by the magistrates of Minturnae.

paedor] 'filth'; cf. Tac. Ann. VI 50 (44) *neque exuerat paedorem* (*Artabanus*) *ut uolgum miseratione aduerteret.*

74. *consul*] 'destined to die as consul (i.e. for the seventh time) and prosperous'.

76. *hosti*] For the story cf. Plut. Marius 39.

77. *primo*] 'in the very act of aiming his murderous blow', cf. supr. 21.

79. *lumen*] i. e. the light flashing from the eyes of Marius.

80. *Mariumque futurum*] 'Marius as he was destined to be', i. e. as consul.

82. *legibus aeui*] 'the laws that govern time', equivalent to *fatis*.

libet ulcisci deletae funera gentis
ınc, Cimbri, seruate senem. non ille fauore 85
ıminis, ingenti superum protectus ab ira,
.r ferus et Romam cupienti perdere fato
ıfficiens. idem pelago delatus iniquo
ɔstilem in terram uacuisque mapalibus actus
uda triumphati iacuit per regna Iugurthae 90
t Poenos pressit cineres. solacia fati
Karthago Mariusque tulit: pariterque iacentes
ɜnouere deis. Libycas ibi colligit iras.
t primum fortuna redit seruilia soluit
gmina: conflato saeuas ergastula ferro 95
xseruere manus. nulli gestanda dabantur
igna ducis, nisi qui scelerum iam fecerat usum
ttuleratque in castra nefas. pro fata: quis ille,
uis fuit ille dies, Marius quo moenia uictor
orripuit: quantoque gradu mors saeua cucurrit. 100

non ille fauore] illum non ideo
it dii, quod ei fauerent, sed quod
irascerentur. Weise.
ıb ira] 'through the anger'; ἐξ
cf. Verg. G. I 234 *torrida semper*
Ov. A. A. III 91 *silices tenuantur*
Id. Amor. II XV 14 *inque sinum*
rus ab arte cadam.
ıir ferus] 'a man of blood'.
ufficiens] 'a sufficient instrument'.
ıostilem] i. e. Africa, the home of
ı: there seems to be some confu-
ween the Carthaginian territory
kingdom of Jugurtha; cf. Hor.
i 25—29 *Iuno et deorum quisquis*
Afris inulta cesserat impotens
uictorum nepotes rettulit inferias
ıe.
ibus] cf. Vell. Pat. II 19 *inopem*
tugurio ruinarum Karthaginen-
erauit. mapalibus is dative, cf.
rm. I. XXIV 18 *nigro compulerit*
us gregi. Id. Sat. II V 49 *si quis*
erum egerit Orco.
nuda] Weise explains this as *nuda*
it seems rather to mean 'waste',
e'; cf. Verg. Ecl. I 15 *silice in*

tulit] sc. *alter alteri;* cf. Vell.
19 *cum Marius aspiciens Kartha-*
illa intuens Marium, alter alteri
sse solacio.
rque iacentes] 'and alike ruined

learned to forgive the gods'.

93. *Libycas*] Marius is compared to Antaeus, for whose legend see IV 595 foll.: he gathers from the soil of Africa fury against Rome such as Hannibal and Jugurtha had shewn, 'true African fury'. Oud. cf. Manil. IV 44—48 *adice et ciuilia bella et Cimbrum in Mario Mariumque in carcere uictum: quod consul totiens exsulque ex exsule consul et iacuit Libycis compar iactura ruinis, eque crepidinibus cepit Karthaginis orbem.*

colligit] cf. note on I 207.

94. *soluit*] Compare what Cicero says of Antonius, ad fam. IX XIII § 2 *quacunque iit, ergastula soluit homines arripuit.*

95. *conflato*] 'melted down', i.e. the chains of the slaves in the *ergastula* were melted down to form weapons: for *conflare* cf. Juv. XIII 153 *an dubitet solitus totum conflare Tonantem?*

96. *exseruere*] 'gave up'.

97. *nisi qui scelerum*] 'save to him who had already gained experience in crime, and brought to the camp ready-made guilt'.

100. *corripuit*] 'seized upon'. cf. Verg. Aen. I 187, 188 *constitit hic arcumque manu celeresque sagittas corripuit.*

gradu] cf. Hor. carm. I iii 32 *semotique prius tarda necessitas leti corripuit gradum.*

nobilitas cum plebe perit: lateque uagatur
ensis et a nullo reuocatum est pectore ferrum.
stat cruor in templis: multaque rubentia caede
lubrica saxa madent. nulli sua profuit aetas.
non senis extremum piguit uergentibus annis 105
praecipitasse diem: nec primo in limine uitae
infantis miseri nascentia rumpere fata.
crimine quo parui caedem potuere mereri?
sed satis est iam posse mori. trahit ipse furoris
impetus: et uisum lenti quaesisse nocentem. 110
in numerum pars magna perit: rapuitque cruentus
uictor ab ignota uoltus ceruice recisos
dum uacua pudet ire manu. spes una salutis
oscula pollutae fixisse trementia dextrae.
mille licet gladii mortis noua signa sequantur, 115
degener o populus, uix saecula longa decorum
sic meruisse uiris, nedum breue dedecus aeui
et uitam dum Sulla redit. cui funera uolgi
flere uacet? uix te sparsum per uiscera, Baebi,

103. *stat*] 'is conspicuous'. cf. Hor. carm. I ix 1 *uides ut alta stet niue candidum Soracte.* Ov. Met. XII 401 *sic tergum sessile sic stant pectora celsa toris.*

104. *lubrica*] Oud. cf. Sil. Ital. IV 162, 163 *arua natant, altusque uirum cruor altus equorum lubrica belligerae sorbet uestigia turmae.*

105. *non piguit*] 'he felt no remorse'.

106. *praecipitasse*] 'to bring to a speedy end'. cf. VII 353 *praecipitare meam fatis potuere senectam.*

limine] Oud. cf. Sen. Herc. Fur. 1140 *quas in primo limine uitae scelus oppressit patriusque furor.*

107. *infantis*] 'to break the hapless infant's thread of destiny at its birth'.

109. *iam posse mori*] 'to have already a life to lose'.

trahit] cf. Hom. Od. XVI 294 αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα σίδηρος.

110. *uisum lenti*] 'it seemed a sluggard's part to have searched for a guilty man to slay'.

111. *in numerum*] 'to swell the numbers', 'to make up the tale'. cf. Vell. Pat. II 73 *seruitia ingentium, ut in numerum sui exercitus recipiens.* Weise explains it as *nullo discrimine, non nisi numero.* *in numerum* more commonly means 'to set time'. cf. Verg. G. IV 1

114. *pollutae*] 'to imprint trembl kisses on that blood-stained hand', Marius had given orders that all to wh he did not offer his hand to be kis should be put to death: cf. Florus I § 16 *Ancharius ipso uidente Mario c fossus est, quia fatalem illam sil manum non porrexerat salutanti.*

115. *mortis noua signa*] i. e. the fusal of Marius' hand.

116. *uix saecula*] 'on such terms earn long ages, still less a brief mom of dishonoured life, and the right to l while Sulla is returning.'

118. *dum—redit*] cf. Verg. G. III 1 *dum mox frondosa reducitur aestas.*

119. *uix*] sc. *flere uacat.* 'scarce there time to lament how thou, B bius, torn piece-meal didst disapp amidst the countless hands of the ring soldiers plucking at thy limbs.'

per uiscera] is equivalent to *uiscerib*

Baebi] According to Florus II 9 § the Baebius who was torn in pieces (p *ferro ritu ferarum inter manus laniat* perished in Sulla's proscription: anot Baebius having been put to death Marius. Id. II 9 § 14.

innumeras inter carpentis membra coronae 120
discessisse manus: aut te, praesage malorum
Antoni, cuius laceris pendentia canis
ora ferens miles festae rorantia mensae
imposuit: truncos lacerauit Fimbria Crassos.
saeua tribunicio maduerunt robora tabo. 125
te quoque neglectum uiolatae, Scaeuola, dextrae
ante ipsum penetrale deae semperque calentis
mactauere focos: paruom sed fessa senectus
sanguinis effudit iugulo flammisque pepercit.
septimus haec sequitur repetitis fascibus annus: 130
ille fuit uitae Mario modus, omnia passo
quae peior fortuna potest, atque omnibus uso

121. *discessisse*] *discerpsisse* is the reading of most MSS. and is retained by Weise, who also writes *intercarpentis* as one word, and this is the reading which the Scholiast explains. The occurrence of two compounds of *carpere* in two following lines is exceedingly awkward, and there appears to be no authority elsewhere for the form *intercarpere*, which must be read if we retain *discerpsisse* as *innumeras manus* is then the subject of the sentence: the reading may have arisen from the *carpentis* in line 120 being carelessly repeated in copying. *discessisse* is read by Cortius, Grotius and Oudendorp. Grotius refers to III 65, IX 785. For the sense cf. Juv. III 259—261 *quid superest de corporibus? quis membra quis ossa inuenit? obtritum uolgi perit omne cadauer more animae.*

122. *Antoni*] M. Antonius the orator, grandfather of the triumvir: for the account of his death cf. Plut. Marius 44, Appian, B. C. I § 72.

canis] often used by itself for white hairs, cf. Ov. Met. VIII 9 *inter honoratos medio de uertice canos.*

124. *Fimbria*] cf. Florus II 9 § 14 *Caesares a Fimbria in penatibus domuum suarum trucidantur, Crassi pater et filius in mutuo alter alterius aspectu.*

125. *robora*] i. e. *robur Tullianum*, the prison. For the use of the plural cf. supr. 22.

126. *neglectum uiolatae dextrae*] If the reading be genuine we must interpret this as Weise does, 'passed over by that blood-stained hand', referring to the *mortis noua signa* of line 115: but this use of the dative for the ablative is exceedingly rare except in the case of persons. Bentley and Cortius read *neglectu—uiolatae Vestae.* The Scholiast appears to have read *Vestae.* According to Florus l. c. Scaevola was put to death by the younger Marius after the death of the elder. *Mucius Scaeuola pontifex Vestalis amplexus aras tantum non eodem igne sepelitur.*

uiolatae] For *uiolare* in the sense of staining, equivalent to Greek μιαίνειν, cf. Virg. Aen. XII 67 *Indum sanguineo ueluti uiolauerit ostro si quis ebur:* but here the addition of *ostro* makes a difference, and I can find no instance of *uiolare* by itself thus used.

128. *paruom*] i. e. there was not enough blood in the aged body of Scaevola to put out the sacred fire. cf. Shakspeare, Macbeth, Act. V Sc. 1, 'Yet who would have thought the old man to have had so much blood in him?' I can find no other instance of a partitive genitive after *paruom*, but compare *exiguom sanguinis* infr. 140 and *paruus cruor* IV 239, 240.

130. *annus*] 'year of office', 'consulship'. Thirteen years had elapsed since his sixth consulship.

131. *modus*] Marius died during the first month of his consulship.

omnia passo] 'having endured all that evil fortune can force men to endure, enjoyed all that good fortune can give them to enjoy'. Oud. cf. Val. Max. VI 9 § 14 *quid huius condicione inconstantius aut mutabilius? quem si inter miseros posueris miserrimus, inter felices felicissimus reperietur.*

quae melior, mensoque homini quid fata pararent.
iam quot apud Sacri cecidere cadauera portum
aut Collina tulit stratas quot porta cateruas 135
tum cum paene caput mundi rerumque potestas
mutauit translata locum, Romanaque Samnis
ultra Caudinas sperauit uolnera Furcas.
Sulla quoque immensis accessit cladibus ultor.
ille quod exiguom restabat sanguinis urbi 140
hausit: dumque nimis iam putria membra recidit
excessit medicina modum nimiumque secuta est
qua morbi duxere manus. periere nocentes;
sed cum iam soli possent superesse nocentes.
tum data libertas odiis resolutaque legum 145
frenis ira ruit. non uni cuncta dabantur,
sed fecit sibi quisque nefas: semel omnia uictor
iusserat. infandum domini per uiscera ferrum
exegit famulus: nati maduere paterno
sanguine: certatum est cui ceruix caesa parentis 150
cederet: in fratrum ceciderunt praemia fratres.

133. *menso*] 'measured what fate could destine for a man', i.e. found out by passing through it.

134. *Sacri—portum*] For the battle of Sacriportus cf. Vell. Pat. II xxvi § 1.

136. *paene*] is out of place and is to be taken with *mutauit*, cf. Hor. carm. III vi 9—10 *paene occupatam seditionibus deleuit urbem Dacus et Aethiops*. See also V 242.

caput] The revolted allies in the Social war had chosen Corfinium as their capital. cf. Vell. Pat. II xvi § 3.

137. *Samnis*] cf. Vell. Pat. II xxvii § 1 *circumuolans ordines exercitus sui Telesinus dictitansque adesse Romanis ultimum diem vociferabatur eruendam delendamque urbem, adiciens numquam defuturos raptores Italicae libertatis lupos nisi silua in quam refugere solent esset excisa.*

138. *ultra*] 'surpassing the disaster of the Caudine Forks'. cf. Vell. Pat. II lxxxviii § 2 *otio ac mollitiis paene ultra feminam fluens.*

139. *Sulla quoque*] 'Sulla too in his vengeance came to crown these fearful disasters.'

141. *nimis iam putria*] 'now too rotten to be left'. Sulla is compared to a surgeon who in too great haste to remove the mortified flesh cuts away the sound flesh also. Oud. cf. Sen. de benef. V xvi § 3 *ingratus L. Sulla, qui patriam durioribus remediis quam pericula erant sanauit.*

recidit] For the metaphor cf. Soph. Ajax 582 *οὐ πρὸς ἰατροῦ σόφου θραφεὶς ἐπῴδας πρὸς τομῶντι πήματι.*

142. *medicina*] Plin. H. N. XVII 22 applies this word to the pruning of vines.

nimiumque secuta est] 'and the hand pursued too far the path where the disease led it'.

144. *soli*] i.e. it is true that those who perished were guilty, but, as guilt was universal, if any were to be left alive, they must still be guilty men.

145. *odiis*] 'private enmity'.

146. *non uni*] 'all crimes were not committed for one man's sake', i.e. to please Sulla. cf. Trebon. apud Cic. ad fam. XII XVI § 1 *noli putare, mi Cicero, me hoc auribus tuis dare.* See also note on IV 688.

147. *semel*] 'once for all'. cf. Sen. dial. I v § 8 *semper paret, semel iussit.*

150. *certatum est*] 'brothers contended to which should go their slaughtered father's head', i.e. the reward for his murder.

›usta repleta fuga permixtaque uiua sepultis
:orpora: nec populum latebrae cepere ferarum.
ıic laqueo fauces elisaque guttura fregit:
ıic se praecipiti iaculatus pondere dura 155
lissiluit percussus humo; mortesque cruento
ıictori rapuere suas: hic robora busti
:xstruit ipse sui, necdum omni sanguine fuso
lesilit in flammas et, dum licet, occupat ignes.
:olla ducum pilo trepidam gestata per urbem 160
:t medio congesta foro: cognoscitur illic
ıuidquid ubique iacet scelerum. non Thracia tantum
ıidit Bistonii stabulis pendere tyranni;
›ostibus Antaei Libye: nec Graecia maerens
ot laceros artus Pisaea fleuit in aula. 165
:um iam tabe fluunt confusaque tempore multo
ımisere notas, miserorum dextra parentum
:olligit et pauido subducit cognita furto.
neque ipsum memini caesi deformia fratris
›ra rogo cupidum uetitisque imponere flammis 170
›mnia Sullanae lustrasse cadauera pacis:

busta] here used simply for *sepul-* Cic. Tusc. V § 100 (*Sardanapalus*) *idi iussit in busto, haec habeo, &c.* : probably refers to the catacombs.

] Perhaps a reminiscence of Verg. III 485 *mortua quin etiam iungebat uiuis.*

populum] 'nor could the wild dens contain the crowd of fugi- for *populus* cf. III 665; for *cepere* I.

guttura] cf. Hor. Epod. III *arentis olim si quis impia manu uttur fregerit.*

pondere] cf. Juv. III 270 *quanto um pondere signent et laedant si-*

dissiluit] 'split asunder'. cf. :pod. XVII 29 *caputque Marsa dis- nia.*

esque] 'snatched from the blood- conqueror their own deaths', i.e. ated him by putting themselves to

occupat ignes] 'uetabat enim Sulla '. Schol. cf. infr. 170.

iacet] here simply equivalent to I 20 *et gens si qua iacet nascenti Nilo.* Weise cf. also VIII 102 *ubicunque iaces* equivalent to *ubicunque uersaris.* Sen. Epp. VIII ii § 37 *si quid ultra Dahas bellicosum iacet.* Oud. reads *latet* after Grotius, making it opposed to *cognoscitur.* 'There whatever horrors are anywhere concealed see the light of day.' For *latet* one might compare Psalm lxxxiv. 20 'The dark places of the earth are full of the habitations of cruelty'.

163. *Bistonii*] i.e. of Diomedes, who fed his horses on human flesh.

pendere] i.e. the heads would be fixed on the posts of the stall.

164. *Antaei*] cf. IV 605, where it is implied that Antaeus murdered all who came into his power.

165. *Pisaea*] i.e. of Oenomaus, who put to death the suitors of his daughter.

166. *tabe fluunt*] 'grown rotten with corruption'. cf. note on I 241.

confusa] i.e. made unrecognisable, cf. infr. 191.

168. *subducit*] 'withdraws'. cf. Verg. Aen. VI 524 *fidum capiti subduxerat ensem.*

171. *lustrasse*] 'examined'. cf. Verg. Aen. II 564 *respicio et quae sit me circum copia lustro.*

pacis] ironical: cf. what Calgacus says in Tac. Agric. 30 of the conduct of the

perque omnes truncos cum qua ceruice recisum
conueniat quaesisse caput. quid sanguine manes
placatos Catuli referam? cum uictima tristes
inferias Marius forsan nolentibus umbris 175
pendit inexpleto non fanda piacula busto:
cum laceros artus aequataque uolnera membris
uidimus, et toto quamuis in corpore caeso
nil animae letale datum, moremque nefandae
dirum saeuitiae pereuntis parcere morti. 180
auolsae cecidere manus exsectaque lingua
palpitat et muto uacuom ferit aera motu.
hic aures alius spiramina naris aduncae
amputat: ille cauis euoluit sedibus orbes
ultimaque effundit spectatis lumina membris. 185
uix erit ulla fides tam saeui criminis unum
tot poenas cepisse caput. sic mole ruinae
fracta sub ingenti miscentur pondere membra:
nec magis informes ueniunt ad litora trunci
qui medio periere freto. quid perdere fructum 190
iuuit et ut uilem Marii confundere uoltum?

Romans, *ubi solitudinem faciunt pacem appellant.*

172. *cum qua ceruice*] 'sought a neck with which the amputated head would fit', i.e. as the only means by which he could now recognise his brother.

173. *conueniat*] cf. Ov. Amor. II xv 5 *tam bene conuenias quam mecum conuenit illi*, of a ring fitting the finger.

174. *Catuli*] The brother of Marius was tortured to death at the tomb of Catulus by Sulla's order. cf. Florus II 9 § 26 *Marium ducis ipsius fratrem apud Catuli sepulcrum oculis effossis manibus cruribusque effractis seruatum aliquamdiu ut per singula membra moreretur.*

cum uictima] 'when Marius slaughtered as a victim paid a fearful penalty to the shade perhaps unwilling to receive it'.

175. *inferias pendit*] seems to be a shortened expression for *poenas pendit ut inferiae.* cf. infr. 642.

176. *inexpleto*] 'yet unsatisfied'.

177. *aequata*] quot membra tot uolnera. Weise.

178. *caeso*] 'mangled'.

179. *nil animae*] 'nought inflicted fatal to the life'.

morem] 'fashion'. cf. Verg. Aen XII 836 *morem ritusque sacrorum adiciam.*

180. *pereuntis parcere morti*] 'to f bear to kill the dying'. cf. *seruat aliquamdiu* in the passage of Florus ci on line 174.

184. *orbes*] i.e. the eyes. Ovid. Sen. Oed. 686—988 *scrutatur ani manibus uncis lumina: radice ab i funditus uolsos simul euoluit orbes.*

185. *spectatis*] i.e. after seeing the ot members tortured.

186. *uix erit*] 'scarce will such atrocious crime ever be believed in, that one life should have had to end so many tortures'. Weise puts the com after *fides* and makes *tam saeui crim* depend on *tot poenas*, explaining *crim* of the death of Catulus: but the cru which Lucan is dwelling on here is death of Marius, not that of Catulus.

188. *miscentur*] 'are crushed'. note on I 380.

189. *nec magis informes*] 'nor n shapeless are the bodies when was ashore of those who have perished in ocean'.

190. *perdere fructum*] 'spoil thy joyment', i.e. of the sight of Marius' h

191. *confundere*] mutilate so tha

ut scelus hoc Sullae caedesque ostensa placeret
agnoscendus erat. uidit Fortuna colonos
Praenestina suos cunctos simul ense recisos,
unius populum pereuntem tempore mortis. 195
tum flos Hesperiae Latii iam sola iuuentus
concidit et miserae maculauit ouilia Romae.
tot simul infesto iuuenes occumbere leto
saepe fames pelagique furor subitaeque ruinae
aut caeli terraeque lues aut bellica clades, 200
numquam poena fuit. densi uix agmina uolgi
inter et exsangues immissa morte cateruas
uictores mouere manus. uix caede peracta
procumbunt dubiaque labant ceruice: sed illos
magna premit strages: peraguntque cadauera partem 205
caedis: uiua graues elidunt corpora trunci.
intrepidus tanti sedit securus ab alto
spectator sceleris: miseri tot milia uolgi
non piguit iussisse mori. congesta recepit
omnia Tyrrhenus Sullana cadauera gurges. 210
in fluuium primi cecidere, in corpora summi.
praecipites haesere rates et strage cruenta
interruptus aquis fluxit prior amnis in aequor:

ld not be recognised; opposed to *agnoscendus*, for which cf. Juv. VIII 206 *s fugit agnoscendus harena.*

193. *Fortuna*] For the temple of Fortuna at Praeneste in which were kept the nous *sortes Praenestinae* cf. Cic. de div. §§ 85, 86. The younger Marius took ge in Praeneste, the inhabitants of ich were massacred when the town s captured by Sulla.

195. *unius populum*] 'a whole people shing in one death-moment'.

196. *Latii*] is put here loosely for ly, as most of the soldiers slaughtered the Septa were Samnites. cf. infr. 2, 447.

197. *ouilia*] i.e. the voting place in the mpus Martius, otherwise called Septa. Florus II 9 § 24 *quattuor milia dedimus inermium ciuium in uilla publica derfici iussit.*

198. *infesto—leto*] 'a violent death'. Cic. pro Cluent. § 188 *quod tam intum scelus et immane?*

201. *immissa morte*] 'when death was s let slip': a metaphor from hunting, cf. Verg. Ecl. II 58, 59 *floribus Austrum perditus et liquidis immisi fontibus apros.* cf. also Shakspeare, Julius Caesar III 1 'Cry havock, and let slip the dogs of war'.

203. *uix*] to be taken with *procumbunt*, 'scarce have they room to fall'.

205. *strages*] 'heap of dead'. cf. Tac. Ann. VI 25 (19) *iacuit immensa strages, omnis sexus, omnis aetas, illustres ignobiles, dispersi aut aggerati.*

peragunt] 'become instruments of slaughter'.

206. *graues*] 'by their weight'. cf. note on 331 infr.

207. *intrepidus*] 'unshuddering'.

210. *Tyrrhenus—gurges*] sc. the Tiber, cf. Verg. G. I 499 *quae Tuscum Tiberim et Romana Palatia seruas.*

212. *praecipites*] naues secundo flumine uersus mare uectae. Weise.

213. *aquis*] ablative, in respect of its waters, cf. Verg. Aen. V 821 *sternitur aequor aquis*, and Conington's note.

prior amnis] 'the front part of the river', i. e. the part which was below the dam of corpses.

ad molem stetit unda sequens, dum sanguinis alti
uis sibi fecit iter campumque effusa per omnem 215
praecipitique ruens Tiberina ad flumina riuo
haerentis adiuuit aquas: nec iam alueus amnem
nec retinent ripae redditque cadauera campo:
tandem Tyrrhenas uix eluctatus in undas
sanguine caeruleum torrenti diuidit aequor. 220
hisne Salus rerum Felix his Sulla uocari
his meruit tumulum medio sibi tollere Campo?
haec rursus patienda manent: hoc ordine belli
ibitur: hic stabit ciuilibus exitus armis.
quamquam agitant grauiora metus multumque coitur 225
humani generis maiore in proelia damno.
exsulibus Mariis bellorum maxima merces
Roma recepta fuit: nec plus uictoria Sullae
praestitit inuisas penitus quam tollere partes.
hos alio, Fortuna, uocas: olimque potentes 230
concurrunt. neuter ciuilia bella moueret
contentus quo Sulla fuit. sic maesta senectus

214. *sanguinis alti*] i.e. the deep rivers of blood pouring down into the Tiber from the streets.

218. *reddit*] 'casts up again the corpses on the plain'. Oud. cf. VIII 438 *nostra cadauera Tigris detulit in terras ac reddidit.*

220. *sanguine torrenti*] i.e. a torrent of blood, instead of water discoloured with yellow sand. cf. Verg. Aen. VII 30—32 *hunc inter fluuio Tiberinus amoeno uorticibus rapidis et multa flauus harena in mare prorumpit.*

221. *Salus rerum*] 'The Saviour of Society'.

Felix] Sulla believed that he was under the special patronage of Venus, and adopted Felix, which he rendered in Greek by ἐπαφρόδιτος, as a surname: he also gave his children the before unknown names of Faustus and Fausta. cf. Plut. Sull. 34 *καὶ παρ' ἡμῖν ἐν τοῖς τροπαίοις οὕτως ἀναγέγραπται·* ΛΕΥΚΙΟΣ ΚΟΡΝΗΛΙΟΣ ΣΥΛΛΑΣ ΕΠΑΦΡΟΔΙΤΟΣ. *ἔτι δὲ τῆς Μετέλλης παιδία τεκούσης δίδυμα τὸ μὲν ἄρρεν Φαῦστον, τὸ δὲ θῆλυ Φαῦσταν ὠνόμασε· τὸ γὰρ εὐτυχὲς καὶ ἵλαρὸν Ῥωμαῖοι φαῦστον καλοῦσιν.*

222. *Campo*] cf. I 580.

223. *hoc ordine*] 'in this course of war events will move', i.e. first one side and then the other will be victorious and massacre its opponents.

224. *hic stabit*] 'this will be the result ordained for civil strife'. cf. Verg. Aen. X 467 *stat sua cuique dies.*

225. *quamquam agitant*] 'and yet our fears suggest yet worse disaster, and with far greater damage to the human race do they now meet for battle'.

227. *exsulibus*] The three steps of the climax are:

(1) The recovery of Rome, with which Marius was satisfied.

(2) The annihilation of the opposing party, which was all that Sulla gained by his victory.

(3) What Pompeius and Caesar are now aiming at.

230. *alio*] sc. ad maiora facinora. Bersmannus.

olim potentes] 'now long powerful'. This silver age use of *olim* for *diutius* occurs perhaps first in Seneca Lucan and Petronius: cf. Sen. Epist. LXXVII (X 1) § 3 *olim iam nec perit quidquam mihi nec adquiritur;* Petron. § 22 *stertere tamquam olim dormientes coeperunt.*

232. *quo Sulla fuit*] sc. *contentus:* 'if content with what contented Sulla'.

raeteritique memor flebat metuensque futuri.
at non magnanimi percussit pectora Bruti
error et in tanta pauidi formidine motus 235
pars populi lugentis erat: sed nocte sopora,
Parrhasis obliquos Helice cum uerteret axes,
atria cognati pulsat non ampla Catonis.
inuenit insomni uoluentem publica cura
fata uirum casusque urbis cunctisque timentem 240
securumque sui, farique his uocibus orsus:
omnibus expulsae terris olimque fugatae
uirtutis iam sola fides, quam turbine nullo
excutiet Fortuna tibi; tu mente labantem
dirige me, dubium certo tu robore firma. 245
namque alii Magnum uel Caesaris arma sequantur:
dux Bruto Cato solus erit. pacemne tueris
inconcussa tenens dubio uestigia mundo?
an placuit ducibus scelerum populique furentis
cladibus immixtum ciuile absoluere bellum? 250
quemque suae rapiunt scelerata in proelia causae:
hos polluta domus legesque in pace timendae;

et] i.e. *neque*, the negative being l on.

idi] is perhaps best taken in active 'terror-striking', cf. Stat. Theb. *pauidi ferus incola luci.*

pars populi] 'was he a mere er of the grieving populace', i.e. s not content like others merely to , but desired to act.

Parrhasis—Helice] sc. Arcadian ;, who was changed into a bear, and e the constellation Ursa maior. cf. ast. III 107, 108.

eret] sc. περὶ ἄρκτου τροπάς.

cognati] i.e. his maternal uncle, ther being the sister of Cato. cf. Brut. 2.

at] cf. Hor. Sat. I i 10 *sub galli n consultor ubi ostia pulsat.*

insomni] Oud. cf. Hom. Il. II χρὴ παννύχιον εὕδειν βουλήφορον

ica—fata uirum] 'the general for- of the citizens'.

expulsae] cf. Hes. Works and 197—200 καὶ τότε δὴ πρὸς Ὄλυμπον θανὸς εὐρυοδείης λευκοῖσιν φαρέεσσι ιμένω χρόα καλὸν ἀθανάτων μετὰ φῦλον ἴτον προλιπόντ' ἀνθρώπους Αἰδὼς καὶ Νέμεσις.

243. *uirtutis iam sola fides*] 'in whom alone virtue can feel confidence'.

turbine] 'whirlwind', or it might be taken as a reference to Fortune's wheel, 'by no turn of her wheel'. cf. Hor. Epod. XVII 7 *citumque retro solue solue turbinem.*

247. *pacemne*] 'dost thou hold fast to peace, keeping thy steps unshaken while all the world totters round thee?' cf. Hor. carm. III 7—8 *si fractus illabatur orbis impauidum ferient ruinae.*

250. *immixtum*] sc. *te;* the dative *immixto* would have been a simpler construction.

absoluere] 'to free from guilt', i.e. by joining in it. The Scholiast's explanation is, innocens facere; et est defensio omnium ad haec bella uenientium, si idem fecerit Cato'. Weise cf. VII 870 *quid totum premitis, quid totum soluitis orbem?*

252. *polluta domus*] Sulpitius explains this as, 'stupra quae in familias exercuere'. cf. Sall. Cat. 14.

in pace] i.e. because 'inter arma silent leges'.

hos ferro fugienda fames mundique ruinae
permiscenda fides. nullum furor egit in arma;
castra petunt magna uicti mercede: tibi uni 255
per se bella placent? quid tot durasse per annos
profuit immunem corrupti moribus aeui?
hoc solum longae pretium uirtutis habebis,
accipient alios facient te bella nocentem.
ne tantum, o superi, liceat feralibus armis 260
has etiam mouisse manus: nec pila lacertis
missa tuis caeca telorum in nube ferantur:
nec tanta incassum uirtus eat. ingeret omnis
se belli fortuna tibi. quis nolet in isto
ense mori quamuis alieno uolnere labens 265
et scelus esse tuom? melius tranquilla sine armis
otia solus ages, sicut caelestia semper
inconcussa suo uoluuntur sidera lapsu;
fulminibus propior terrae succenditur aer
imaque telluris uentos tractusque coruscos 270
flammarum accipiunt: nubes excedit Olympus
lege deum. minimas rerum discordia turbat,

253. *ferro fugienda*] cf. I 182. Petron. 119 *nulla est certa domus, nullum sine pignore corpus,...arma placent miseris, detritaque commoda luxu uolneribus reparantur.*

254. *fides*] 'their ruined credit'.

furor] 'thirst for blood', which would be a nobler reason for fighting than desire of gain. cf. Vell. Pat. II iii § 3 *bellaque non causis inita sed prout eorum merces fuit.*

255. *mercede*] cf. Petron. 119 *quare tam perdita Roma ipsa sui merces erat et sine uindice praeda.*

257. *immunem*] 'innocent of the morals of a corrupted age'. *immunis* is more commonly constructed with the genitive, but cf. Vell. Pat. II xxxv § 2 *Cato—omnibus humanis uitiis immunis.*

259. *accipient*] 'will find others guilty'. cf. infr. 288.

261. *mouisse*] 'to have stirred to action'.

262. *nube*] For the metaphor cf. Val. Flacc. II 521, 522 *occupat Alcides arcum totaque pharetrae nube premit.*

263. *incassum eat*] 'be spent in vain'. Cortius with one MS. reads *in casum*, i.e. 'incur danger'. Weise adopts this reading.

ingeret se] 'will launch itself on thee'.

264. *in isto ense*] 'on this sword's point'.

266. *scelus*] i.e. the death of a fellow-citizen.

267. *sicut caelestia*] Oud. cf. Sen. Epist. VI vii § 16 *talis est sapientis animus qualis mundus super lunam: semper illic serenum est.*

268. *uoluuntur*] cf. Verg. Aen. IV 524 *cum medio uoluuntur sidera lapsu.*

269. *aer*] 'the lower air', opposed to *aether.*

271. *nubes excedit*] 'soars above the clouds'. cf. Goldsmith's *Deserted Village*, 'As some tall cliff that lifts its awful form, Swells from the vale and midway leaves the storm, While round its breast the circling clouds are spread, Eternal sunshine settles on its head'.

272. *minimas rerum*] Oud. cf. Sen. dial. V vi § 1 *pars superior mundi et ordinatior ac propinqua sideribus nec in nubem cogitur nec in tempestatem impellitur nec uersatur in turbinem. omni tumultu caret. inferiora fulminantur: eodem modo sublimis animus, quietus semper et in statione tranquilla collocatus, omnia intra se premens quibus ira contra-*

pacem summa tenent. quam laetae Caesaris aures
accipient tantum uenisse in proelia ciuem?
nam praelata suis numquam diuersa dolebit 275
castra ducis Magni. nimium placet ipse Catoni,
si bellum ciuile placet. pars magna senatus
et duce priuato gesturus proelia consul
sollicitant proceresque alii, quibus adde Catonem
sub iuga Pompeii, toto iam liber in orbe 280
solus Caesar erit. quod si pro legibus arma
ferre iuuat patriis libertatemque tueri,
nunc neque Pompeii Brutum nec Caesaris hostem
post bellum uictoris habes. sic fatur: at illi
arcano sacras reddit Cato pectore uoces: 285
summum, Brute, nefas ciuilia bella fatemur;
sed quo fata trahunt uirtus secura sequetur.
crimen erit superis et me fecisse nocentem.
sidera quis mundumque ualet spectare cadentem
expers ipse metus? quis cum ruat arduus aether 290
terra labet mixto coeuntis pondere mundi

hitur, modestus et uenerabilis est et dispositus, quorum nihil inuenies in irato. For the construction cf. Hor. Epod. II 37, 38 *quis non malarum quas amor curas habet haec inter obliuiscitur?*

275. *diuersa*] 'opposing'. cf. infr. 467.

276. *nimium placet*] 'Caesar's own conduct fully approves itself to Cato if civil war approves itself', i.e. Cato by joining in the war absolves Caesar from guilt. cf. supr. 250. Weise puts a comma after *ipse* and interprets *placet* as aliis se placere probarique existimat, i.e. thinks his cause sufficiently popular.

278. *priuato*] Pompeius held no legal office.

279. *sollicitant*] sc. *me*, 'rouse me', i.e. to join in the war; cf. Ov. Amor. III vii 74. Weise regards *sollicitant* as equivalent to *excruciant me*, for which he compares Cic. de fin. I § 50 *temeritas et libido et ignauia semper animum excruciant et semper sollicitant turbulentaeque sunt.*

quibus adde] 'in addition to whom bring Cato beneath Pompeius' yoke'. For *addere* with a preposition implying motion cf. Ov. Amor. I vii 1 *adde manus in uincla meas.*

280. *sub iuga*] cf. Prop. IV iv 4 *Tigris et Euphrates sub tua iura fluent.*

281. *quod si*] 'but if it be your pleasure to take up arms only on behalf of our country's laws and to defend liberty, now in Brutus you have a foe neither to Pompeius nor to Caesar; when the war is finished he will be the victor's foe', i.e. if the cause of freedom is the only one in which Cato is prepared to fight, Brutus will remain neutral in the war between Pompeius and Caesar, and when that is decided join Cato in opposing the conqueror.

pro legibus] sc. and in no other cause.

283. *nunc*] emphatic. opponuntur *nunc* et *post bellum*. Grotius.

287. *secura*] 'careless of the consequence'.

288. *crimen*] i.e. the blame for my guilt will rest with the gods, not with me.

290. *cum ruat*] cf. Verg. G. I 324 *ruit arduus aether.*

291. *mixto coeuntis pondere mundi*] 'involved in the collapse of the massive globe'. For the hypallage cf. note on I 74. The line is perhaps a reminiscence of Verg. Ecl. IV 50 *adspice conuexo nutantem pondere mundum.*

compressas tenuisse manus? gentesne furorem
Hesperium ignotae Romanaque bella sequentur
diductique fretis alio sub sidere reges,
otia solus agam? procul hunc arcete furorem, 295
o superi, motura Dahas ut clade Getasque
securo me Roma cadat. ceu morte parentem
natorum orbatum longum producere funus
ad tumulum iubet ipse dolor: iuuat ignibus atris
inseruisse manus constructoque aggere busti 300
ipsum atras tenuisse faces: non ante reuellar
exanimem quam te complectar, Roma, tuomque
nomen, Libertas, et inanem prosequar umbram.
sic eat: immites Romana piacula diui
plena ferant: nullo fraudemus sanguine bellum. 305
o utinam caelique deis Erebique liceret
hoc caput in cunctas damnatum exponere poenas?
deuotum hostiles Decium pressere cateruae:
me geminae figant acies me barbara telis
Rheni turba petat: cunctis ego peruius hastis 310
excipiam medius totius uolnera belli.
hic redimat sanguis populos: hac caede luatur
quidquid Romani meruerunt pendere mores.
ad iuga cur faciles populi cur saeua uolentes

292. *compressas*] 'to fold his hands and hold them still'. cf. Liv. VII 13 *compressis manibus sedere.*

294. *diducti*] 'separated from us'. Weise reads *deducti* which would imply that the kings were colonists from Rome: for the common confusion between *de* and *di* in composition cf. note on I 448.

alio sub sidere] 'under another clime'. cf. Juv. XII 103 *nec Latio aut usquam nostro sub sidere talis belua concipitur.*

296. *motura*] cf. Hor. carm. II i 31, 32 *auditumque Medis Hesperiae sonitum ruinae.*

298. *longum producere*] 'marshal the long funeral procession'. cf. Verg. Aen. IX 486, 487 *nec te tua funera mater produxi pressiue oculos aut uolnera laui.*

299. *atris*] specially used of things funereal, cf. Verg. Aen. III 64, 65 *stant manibus arae caeruleis maestae uittis atraque cupresso.*

303. *prosequar*] 'follow to the grave'. cf. Ov. Heroid. XI 119 *ipsa quoque infantes cum uolnere prosequar umbras.*

umbram] cf. Plin. Epp. I 23 § 1 *plurimum refert quid esse tribunatum putes, inanem umbram et sine honore nomen an potestatem sacrosanctam.*

304. *sic eat*] Oud. cf. V 297 *sic eat, o superi, quando pietasque fidesque destituunt.* Sen. Epp. I v § 8 *nec mirror ista sic ire.*

305. *nullo*] sc. *neque meo.* Weise.

306. *liceret*] sc. *mihi. deis* depends on *damnatum*, i.e. 'devoted to the gods of heaven and hell'. cf. Stat. Theb. VII 238, 239 *subeunt campo qui proximus urbi damnatus bellis patet.* The scholiast takes *deis* as dependent on *liceret:* nolt hoc fieri quia fata iusserunt.

308. *Decium*] cf. Juv. VIII 254 foll. and Prof. Mayor's note.

310. *peruius*] 'yielding a path to all the spears', i.e. through my body. cf. Sen. Herc. Oet. 151 *nullis uolneribus peruia membra sunt.*

314. *ad iuga*] 'why perish peoples

regna pati pereunt? me solum inuadite ferro, 315
me frustra leges et inania iura tuentem:
hic dabit hic pacem iugulus finemque laborum
gentibus Hesperiis: post me regnare uolenti
non opus est bello. quin publica signa ducemque
Pompeium sequimur? nec si fortuna fauebit 320
hunc quoque totius sibi ius promittere mundi
non bene compertum est: ideo me milite uincat
ne sibi se uicisse putet. sic fatur, et acres
irarum mouit stimulos, iuuenisque calorem
excitat in nimios belli ciuilis amores. 325
interea Phoebo gelidas pellente tenebras
Pulsatae sonuere fores: quas sancta relicto
Hortensi maerens irrupit Marcia busto,
quondam uirgo toris melioris iuncta mariti:
mox ubi conubii pretium mercesque soluta est 330
tertia iam soboles alios fecunda penates
impletura datur, geminas ex sanguine matris
permixtura domos. sed postquam condidit urna
supremos cineres miserando concita uoltu
effusas laniata comas concussaque pectus 335
uerberibus crebris cineresque ingesta sepulcri,
non aliter placitura uiro, sic maesta profatur.

ielding to the yoke and willing to endure tyrant's cruelty?' *populi* in this passage and in several others in the poem, seems to have special reference to the tribes of Italy, cf. VII 185, 436.

316. *me*] For the repetition cf. Verg. Aen. IX 427 *me me, adsum qui feci, in me conuertite ferrum o Rutuli.*

318. *post me*] 'when I am dead'.

319. *publica*] i.e. because the consuls and senate were on that side, cf. infr. 333.

320. *nec—non*] 'not but that I clearly see'.

321. *ius*] 'sway over the whole world', cf. note on I 2.

323. *sibi*] 'for himself alone'. Oud. the epitaph of Verginius Rufus in Plin. pp. VI x § 4 *hic situs est Rufus pulso qui iudice quondam imperium asseruit non si sed patriae.*

324. *irarum*] 'warlike fury', cf. supr. , 93.

325. *nimios*] because leading to the murder of Caesar and the battle of Philippi.

327. *sancta*] 'virtuous', cf. Verg. Aen. XI 158 *sanctissima coniunx.*

328. *Marcia*] daughter of Marcius Philippus was married first to Cato, and after the birth of three children yielded by him to his friend Hortensius, after whose death she now returns to Cato.

329. *melioris*] sc. Cato.

331. *fecunda*] 'by her fruitfulness', cf. note on 206 supr.: this seems simpler than the explanation given by Weise, nam gravida erat cum Hortensio concessa est roganti.

334. *supremos cineres*] cf. Verg. Aen. II 431 *Iliaci cineres et flamma extrema meorum.*

336. *ingesta*] Weise cf. IX 172 *in uoltus effusa comas*, X 84 *laceros dispersa capillos.*

337. *non aliter*] 'in no other guise'. inculta neglecta et maerens placitura inculto et rigido Catoni. Weise.

dum sanguis inerat dum uis materna, peregi
iussa, Cato, et geminos excepi feta maritos.
uisceribus lassis partuque exhausta reuertor 340
iam nulli tradenda uiro. da foedera prisci
illibata tori: da tantum nomen inane
conubii: liceat tumulo scripsisse, CATONIS
MARCIA; nec dubium longo quaeratur in aeuo
mutarim primas expulsa an tradita taedas. 345
non me laetorum comitem rebusque secundis
accipis: in curas uenio partemque laborum.
da mihi castra sequi: cur tuta in pace relinquar
et sit ciuili propior Cornelia bello?
hae flexere uirum uoces, et tempora quamquam 350
sint aliena toris iam fato in bella uocante,
foedera sola tamen uanaque carentia pompa
iura placent sacrisque deos admittere testes.
festa coronato non pendent limine serta,
infulaque in geminos discurrit candida postes, 355
legitimaeque faces, gradibusque adclinis eburnis
stat torus et picto uestes discriminat auro:

338. *sanguis*] 'strength', cf. Stat. Theb. II 561, 562 *dein toto sanguine nixus sustinet immanem quaerens librare ruinam*. See also III 678.

uis materna] Oud. cf. Val. Flacc. II 325 *dum uires utero maternaque sufficit aetas*.

340. *lassis*] Oud. cf. Plin. Epp. VI xxi § 1 *neque enim quasi lassa et effeta natura nihil iam laudabile parit*.

341. *da foedera*] concede coniugium pudicum et absque uenere. Sulpitius. cf. infr. 378.

342. *illibata*] cf. Val. Max. VI i § 4 *illibata uirginitas*. It is equivalent to *ita ut illibata sint*, cf. note on III 132.

343. *scripsisse*] cf. Propert. V xi 36 *in lapide huic uni nupta fuisse legar*.

345. *expulsa an tradita*] 'divorced or given by agreement'.

346. *laetorum*] For the use of the genitive cf. Quintil. I 4 § 5 *grammatice necessaria pueris iucunda senibus dulcis secretorum comes*. Oud. cf. Val. Flacc. I 763 *me quoque, ait, casus comitem quicunque propinquat accipies*.

347. *in curas*] 'to share your sorrows and your sufferings'.

349. *propior*] 'more concerned in civil war'.

Cornelia] daughter of Metellus Scipio, whom Pompeius married after the death of Julia.

352. *foedera*] 'the mere bond and marriage rites free from all empty show'.

354. *serta*] cf. Juv. VI 51, 52 *nate coronam postibus et densos per limina tende corymbos*.

355. *infulaque*] In this and the following line, and continually throughout this passage the negative is carried on in Lucan's favourite manner. cf. note on I 77. *infula* was a garland with festoons of wool (*candida*) sometimes worn on the head. cf. Lucret. I 87.

discurrit] i.e. across the doorway from one post to the other.

356. *legitimae*] faces in nuptiis quinque adhibebantur. Weise.

adclinis] 'resting on': this is the reading of Oud. and appears to have more authority than *adcliuis* which Weise reads. Oud. cf. Val. Flacc. II 92 *adclinem scopulo inueniunt*.

357. *torus*] sc. *genialis*. cf. Catull. LXIV 47—51 *puluinar uero Diuae geniale*

e premens frontem matrona corona
uetuit contingere limina planta.
dum nuptae leuiter tectura pudorem 360
missos uelarunt flammea uoltus:
aud fluxos gemmis adstrinxit amictus,
nile decens, umerisque haerentia primis
nudatos cingunt angusta lacertos.
at maesti seruat lugubria cultus, 365
modo natos hoc est amplexa maritum.
nerea celatur purpura lana;
i lusere sales: nec more Sabino
tristis conuicia festa maritus:
nulla domus nulli coiere propinqui: 370
r taciti contentique auspice Bruto.
horrificam sancto dimouit ab ore
n duroque admisit gaudia uoltu:
m tolli feralia uiderat arma,
rigidam in frontem descendere canos 375

mediis, Indo quod dente t roseo conchyli purpura riscis hominum uariata ra uirtutes indicat arte. narks out the coverlets dery', i.e. the coverlets rked out with embroid- being said to do what ings resting on it. cf. ul. Prob. et Olybr. 89 *t ensem album puniceo ostro.*

'towering', 'built up hion of wearing the hair 04 *tot premit ordinibus us altum aedificat caput: onte uidebis; post minor* Forc. refers to Hieron. etriad. § 7 *cerussa ora crinem et alienis capilicem struere.* Prudent. *ritum tortis caput accucrinibus.*

nuba: frontem sc. *suam.* *t* in the next line takes ng to the bride.

] cf. Catull. LXI 166— *e cum bono limen aureque subi forem.* The over the threshold of avoid the evil omen which would be caused by her stumbling.

360. *leuiter*] 'slightly', referring to its transparent texture.

361. *demissos*] 'modestly cast down'.

363. *umeris primis*] sc. the extremity of the shoulders, almost on the upper part of the arm.

364. *suppara*] *supparum* tunicae genus erat pectus complexum, subucula, camisia: id *angustum* i.e. aegre uelans pectora aut lacertos, ita ut pars eorum nuda appareat. Weise.

368. *sales*] sc. the *fescennina locutio* of Catull. LXI 127 foll. Weise cf. Sen. Med. 113 *festa dicax fundat conuicia fescenninus, soluat turba iocos.* On the subject of coarse raillery on festal occasions in general see Dr Munro on Catull. XXIX.

369. *excepit*] 'took up' i.e. joined in.

370. *pignora*] connexions, generally; cf. note on III 33.

371. *auspice*] The presence of an *auspex* was necessary at a marriage. cf. Cic. de div. I § 28 *nihil fere quondam maioris rei nisi auspicato ne priuatim quidem gerebatur: quod etiam nunc nuptiarum auspices declarant, qui re omissa nomen tantum tenent.* Juv. X 336 *ueniet cum signatoribus auspex.*

373. *duroque*] 'nor suffered joy to appear'.

passus erat maestamque genis increscere barba
uni quippe uacat studiisque odiisque carenti
humanum lugere genus: nec foedera prisci
sunt tentata tori: iusto quoque robur amori
restitit. hi mores haec duri immota Catonis
secta fuit, seruare modum finemque tenere
naturamque sequi patriaeque impendere uitam,
nec sibi sed toti genitum se credere mundo.
huic epulae uicisse famem; magnique penates
submouisse hiemem tecto: pretiosaque uestis
hirtam membra super Romani more Quiritis
induxisse togam: uenerisque huic maximus usu
progenies; urbi pater est urbique maritus,

376. *maestam*] 'in token of mourning'.

377. *uni*] sc. *Catoni*, as the only true representative of the wise man of the Stoics.

studiisque odiisque carenti] i.e. *imperturbato*, showing the Stoic ἀπάθεια, for which cf. Sen. Epp. XII iii § 3 foll.

379. *iusto*] 'lawful', cf. III 227 *itque Cilix iusta iam non pirata carina.*

381. *secta*] sc. *disciplina*, cf. Cic. pro Caelio § 40 *qui hanc sectam rationemque uitae re magis quam uerbis secuti sumus.*

seruare modum] This and the following expressions are Stoic formulas. cf. Sen. Epist. XXIII (iii 3) § 6 *ita dico: in praecipiti uoluptas: ad dolorem uergit nisi modum teneat. modum autem tenere in eo difficile est quod bonum esse credideris.*

finem] not the 'end', but the 'limit', nearly equivalent to *modum*. cf. Hor. Sat. I i 107, 108 *est modus in rebus sunt certi denique fines quos ultra citraque nequit consistere rectum.*

382. *naturam*] 'to follow nature', the usual Stoic formula., cf. Cic. de off. III iii § 13; Hor. Epp. I x 12 *uiuere naturae si conuenienter oportet.* Sen. Epp. I v § 4 *nempe propositum nostrum est secundum naturam uiuere.*

impendere] cf. 569 infr., Stat. Silu. V i 63 *uitamque impendere famae;* Tac. Ann. XII 65.

341. *tuti*] 'defending ourselves'. cf. Hor. Sat. II i 20 *cui male si palpere recalcitrat undique tutus.*

345. *undarum*] 'ready to seek new draughts of water if they are snatched from us by the diversion of the springs'.

346. *effossam*] cf. IV 309 foll.

347. *cerni—contingi*] sc. *uisu—contactu* 'fearful to look upon and disgusting to touch.' Oud. cf. Sil. Ital. II 522 *saeuasque ferarum attemptare dapes et mensis addere crimen.*

350. *Saguntum*] cf. Liv. XXI 14 *cui enim parci potuit ex his qui aut inclusi cum coniugibus ac liberis domos super se ipsos concremauerunt, aut armati nullum ante finem pugnae quam morientes fecerunt?*

351. *frustraque trahentes*] 'tugging vain at'.

354. *miscebunt*] cf. Verg. Aen. XII 7 *illi inter sese multa ui uolnera miscent.*

coacti] 'if driven to it will wage by p ference this kind of civil war'.

357. *dolorem*] 'indignation'. cf. Ve Aen. XI 732, 733 *quis metus o numqu dolituri o semper inertes Tyrrheni, q tanta animis ignauia uenit?*

358. *fiducia cursus*] 'confidence in journey', i.e. reliance on that as an stacle. cf. Caes. B. G. VII 19 *fid loci.* Verg. Aen. I 131 *tantane uos ten generis fiducia uestri?* See Prof. May note on Juv. X 306.

359. *quamuis properemus*] 'howe great my haste to reach'.

361. *obuia*] 'unsought'. cf. Tac. A XVI 2 *obuias opes deferre deos.*

362. *robore densae*] 'thickly timber

occurrant siluae, spatio diffusus inani,
utque perit magnus nullis obstantibus ignis,
sic hostes mihi deesse nocet: damnumque putamus 365
armorum, nisi qui uinci potuere rebellent.
sed si solus eam dimissis degener armis
tum mihi tecta patent. iam non excludere tantum,
inclusisse uolunt. at enim contagia belli
dira fugant. dabitis poenas pro pace petita: 370
et nihil esse meo discetis tutius aeuo
quam duce me bellum. sic postquam fatus, ad urbem
haud trepidam conuertit iter: tum moenia clausa
conspicit et densa iuuenum uallata corona.
haud procul a muris tumulus surgentis in altum 375
telluris paruom diffuso uertice campum
explicat: haec patiens longo munimine cingi
uisa duci rupes tutisque aptissima castris.
proxima pars urbis celsam consurgit in arcem,
par tumulo, mediisque sedent conuallibus arua. 380
tum res immenso placuit statura labore
aggere diuersos uasto committere colles.
sed prius ut totam qua terra cingitur urbem
clauderet, a summis perduxit ad aequora castris
longum Caesar opus, fontesque et pabula campi 385
amplexus fossa, densas tollentia pinnas
caespitibus crudaque exstruxit bracchia terra.

id. cf. Ov. Met. XIV 360 *densum trabis nemus.* Val. Flacc. III 484 *densos ibe montes.*

365. *damnumque putamus*] 'I think r arms wasted'. cf. II 442, 706 infr. *n perdere letum maxima cura fuit.*

366. *qui uinci potuere*] 'those who ve shown they can be conquered'.

369. *inclusisse*] sc. *sed etiam inclusisse. at enim*] 'but, say they, they wish to ep from them the taint of war'. cf. r. Met. XIII 8 *flammis...quas hac a classe gnui.* Id. de rem. amor. 358 *ex omni rte fugandus amor.*

371. *meo*] i.e. implying that Caesar is e chief man of the age.

376. *diffuso*] 'where its top widens d expands into a small plain'.

377. *patiens*] 'seemed to admit of ing encircled'.

379. *proxima*] sc. *tumulo illi.*

380. *sedent*] 'sink with intervening hollows'. cf. Stat. Theb. I 330 *qua molle sedens in plana Cithaeron porrigitur.*

381. *statura*] 'destined to cost'. cf. II 17.

382. *committere*] 'to unite'. cf. Caes. B. G. VII 22 *nostrarum turrium altitudinem, quantum has quotidianus agger expresserat, commissis suarum turrium malis adaequabant.*

383. *qua terra cingitur*] sc. on the land side.

386. *amplexus*] surrounding, and so cutting off from the town.

tollentia] 'supporting'. cf. Plaut. Merc. prol. 75 *parare nauim metretas quae trecentas tolleret.*

pinnas] 'battlements'. cf. Verg. Aen. VII 158, 159 *primasque in litore sedes castrorum in morem pinnis atque aggere cingit.*

387. *cruda terra*] 'freshly turned up

iam satis hoc Graiae memorandum contigit urbi
aeternumque decus, quod non impulsa nec ipso
strata metu tenuit flagrantis in omnia belli 390
praecipitem cursum, raptisque a Caesare cunctis
uincitur una mora. quantum est quod fata tenentur,
quodque uirum toti properans imponere mundo
hos perdit Fortuna dies. tunc omnia late
procumbunt nemora et spoliantur robore siluae: 395
ut, cum terra leuis mediam uirgultaque molem
suspendant, structa laterum compage ligatam
artet humum, pressus ne cedat turribus agger.
lucus erat longo numquam uiolatus ab aeuo
obscurum cingens conexis aera ramis 400
et gelidas alte submotis solibus umbras.
hunc non ruricolae Panes nemorumque potentes
Siluani Nymphaeque tenent, sed barbara ritu
sacra deum, structae diris altaribus arae,

earth', or it may be equivalent to *non cocta*, i.e. unbaked earth, not bricks.

388. *iam*] 'and now indeed', cf. Cic. Phil. II § 8 *iam inuideo magistro tuo, qui te tanta mercede, quantam iam proferam, nihil sapere doceat.* Id. § 19 *iam illud cuius est, non dico audaciae* &c.

satis memorandum] 'well worth relating'. *satis* is equivalent to *ualde* as commonly in Plautus. See also Cic. de off. III § 32 *satis enim nobis...persuasum esse debet.* Caes. B. G. I 43 *tumulus satis grandis.*

389. *non impulsa*] 'not urged by others (i.e. by Pompeius and his adherents), nor yet prostrated by their actual fear'. *ipso* seems to imply that they did fear Caesar's vengeance, but still did not allow themselves to be influenced by it.

390. *flagrantis in omnia*] 'spreading in flame over all the world'.

391. *raptis*] 'speedily won'.

392. *quantum est quod*] 'how important it is'.

393. *properans imponere*] 'hastening to set one man over the whole world'. cf. X 377 *quae sustulit illum imposuitque orbi.* Verg. Aen. VI 621 *uendidit hic auro patriam dominumque potentem imposuit.*

395. *robore*] 'timber', equivalent to *materia.*

396. *ut cum*] 'in order that while only light earth and brushwood support the centre of the mound, it (i.e. *robur*) may compress the soil bound in by the piled up framework of the sides, for fear lest the mound should give way beneath the towers' weight'. cf. Caes. B. C. II 2.

397. *suspendant*] cf. Mart. II xliii 9 *tu Libycos Indis suspendis dentibus orbes, fulcitur testa fagina mensa mihi.*

400. *cingens*] implies that the air inside was stagnant and could not get out.

conexis] 'intertwining'.

401. *submotis*] cf. Hor. carm. II x 15 *informes hiemes reducit Iuppiter idem submouet.*

403. *barbara ritu*] 'of horrid ritual'.

404. *structae diris altaribus arae*] 'basements with blood-stained altars built upon them'. cf. Tac. Ann. I 61 *lucis propinquis barbarae arae, apud quas tribunos ac primorum ordinum centuriones mactauerant.* For *dirus* cf. note on I 444: for the combination of *ara* and *altare* cf. Verg. Ecl. V 65 *en quattuor aras, ecce duas tibi Daphni, duas altaria Phoebo.* Plin. Paneg. I *electus quippe inter aras et altaria.* According to Forcellini *ara* is the basement, *altare* the altar for sacrifice raised upon it: he refers to Solin. 9 *ara est in cacumine Ioui dicata, cuius altaribus si qua de extis inferuntur.* Prudent. Peristeph. XIV 49 *altaris aram funditus pessum dare.*

ıisque humanis lustrata cruoribus arbos. 405
ıua fidem meruit superos mirata uetustas,
et uolucres metuunt insistere ramis
lustris recubare ferae: nec uentus in illas
ıbuit siluas excussaque nubibus atris
;ura: non ullis frondem praebentibus auris 410
oribus suus horror inest. tum plurima nigris
tibus unda cadit, simulacraque maesta deorum
: carent caesisque exstant informia truncis.
: situs putrique facit iam robore pallor
ɔnitos: non uolgatis sacrata figuris 415
nina sic metuunt: tantum terroribus addit
ıs timeant non nosse deos. iam fama ferebat
ɔe cauas motu terrae mugire cauernas,
ɔrocumbentis iterum consurgere taxos,
ıon ardentis fulgere incendia siluae, 420
ɔraque amplexos circumfluxisse dracones.

strata] 'sanctified'. cf. Ov. 261 *terque senem flamma ter lpure lustrat.*

qua] 'if antiquity marvelling ls has deserved credit', i.e. ient miraculous story is to be cf. Verg. Aen. X 792 *si qua ' est operi latura uetustas* and s note. Weise cf. IV 654, 655 *ueteris custos famosa uetustas e sui signauit nomine terras.*

cussa] cf. note on I 151 *exntis per nubila fulmen.*

n ullis] 'and the trees while eir foliage to no breezes have a their own'. Both *auris* and re datives.

rror] Oud. cf. V 446. Val. ı02, 403 *stant tacitae frondes silua comanti horret Auerna*

Weise refers to Hom. Il. IX 14 *μελάνυδρος ἥτε κατ' αἰγίλιπος ῥαρὸν χέει ὕδωρ*: but here the f the water is part of the desohe place, not that of a clear ream as in Homer: compare ıyson Mariana, 'About a stonehe wall A sluice with blackened pt, And o'er it many, round The clustered marish-mosses

e carent] Weise refers to Tertull. ad nat. I 12 for a description of these αὐτόξυλα.

414. *ipse situs*] 'the very neglect and paleness of the now rotting wood strikes men with dismay'.

415. *uolgatis*] 'dedicated under common shapes'.

417. *quos timeant*] 'not to know what gods they have to dread'. cf. Verg. Aen. VIII 349—352 *iam tum religio pauidos terrebat agrestes dira loci, iam tum siluam saxumque tremebant. hoc nemus, hunc, inquit, frondoso uertice collem, quis deus incertum est, habitat deus.* Tac. Germ. 9 *ceterum nec cohibere parietibus deos neque in ullam humani oris speciem adsimulare ex magnitudine caelestium arbitrantur: lucos ac nemora consecrant deorumque nominibus appellant secretum illud quod sola reuerentia uident.*

419. *iterum consurgere*] According to Weise the yew and cypress, the funereal trees, when once cut down do not shoot up again, and so *iterum consurgere* is equivalent to *regerminare*. cf. Tac. Hist. II 78 *recursabant animo uetera omina; cupressus arbor in agris eius conspicua altitudine repente prociderat ac postera die eadem uestigio resurgens procera et latior uirebat.*

421. *circumfluxisse*] 'twined round'. cf. Stat. Theb. VI 540 *chlamys circumflua limbo Maeonio.*

non illum cultu populi propiore frequentant,
sed cessere deis. medio cum Phoebus in axe est,
aut caelum nox atra tenet, pauet ipse sacerdos
accessus dominumque timet deprendere luci. 425
hanc iubet immisso siluam procumbere ferro:
nam uicina operi belloque intacta priore
inter nudatos stabat densissima montes.
sed fortes tremuere manus, motique uerenda
maiestate loci, si robora sacra ferirent, 430
in sua credebant redituras membra secures.
implicitas magno Caesar torpore cohortes
ut uidit, primus raptam uibrare bipennem
ausus et aeriam ferro proscindere quercum
effatur merso uiolata in robora ferro: 435
iam ne quis uestrum dubitet subuertere siluam
credite me fecisse nefas. tum paruit omnis
imperiis non sublato secura pauore
turba, sed expensa superorum et Caesaris ira.
procumbunt orni, nodosa impellitur ilex, 440
siluaque Dodones et fluctibus aptior alnus
et non plebeios luctus testata cupressus
tum primum posuere comas et fronde carentes
admisere diem: propulsaque robore denso

423. *cessere deis*] 'made way for the gods'. cf. Catul. LXIV 269 *sanctis coepit decedere diuis.*

medio] The gods were supposed to be specially angry with those who disturbed their mid-day repose. cf. Theocr. I 15—18 *οὐ θέμις ὦ ποιμὰν τὸ μεσαμβρινὸν οὐ θέμις ἄμμιν συρίσδεν· τὸν Πᾶνα δεδοίκαμες· ἢ γὰρ ἀπ' ἄγρας ταυίκα κεκμακὼς ἀμπαύεται· ἐντὶ δὲ πικρός, καί οἱ ἀεὶ δριμεῖα χολὰ ποτὶ ῥινὶ κάθηται.* See also Hom. Od. IV 450 foll. *ἔνδιος δ' ὁ γέρων ἦλθ' ἐξ ἀλὸς κ.τ.λ.*

425. *deprendere*] 'to take unawares'. cf. Quintil. X vii § 29 *debent tamen adniti ut neque deprehensus orator neque litigator destitutus esse uideatur.*

426. *immisso*] 'let loose upon it'. cf. Verg. Ecl. II 58 *floribus Austrum perditus et liquidis immisi fontibus apros.*

431. *redituras*] 'would rebound'. cf. I 391 *redeuntis in aethera siluae.*

432. *torpore*] 'lethargy'. cf. Verg. Aen. XII 867 *illi membra nouus soluit formidine torpor.*

434. *aeriam*] cf. Verg. Ecl. I 59 *gemere aeria cessabit turtur ab ulmo.*

435. *uiolata*] 'desecrated'.

438. *non sublato*] 'not with their fe[illegible] removed and feeling safe, but weigh[illegible] against each other the gods' and Caes[illegible] wrath', i.e. and deciding that the la[illegible] was the more to be feared.

439. *expensa*] cf. Cic. de orat. II § [illegible] *equidem cum colligo argumenta causa[illegible] non tam ea numerare soleo quam expend[illegible]*

441. *silua*] cf. Verg. G. II 87 *Alc[illegible] siluae. silua Dodones* means the oak, [illegible] Verg. G. I 148, 149 *cum iam glan[illegible] atque arbuta sacrae deficerent silua[illegible] uictum Dodona negaret.*

442. *cupressus*] Oud. cf. Sil. Ital. 535 *ac ferale decus maestas ad busta [illegible] pressus.*

444. *propulsaque*] 'and the wood w[illegible] overthrown supported itself by the cl[illegible] ness of the trees'.

sustinuit se silua cadens. gemuere uidentes 445
Gallorum populi: muris sed clausa iuuentus
exsultat. quis enim laesos impune putaret
esse deos? seruat multos Fortuna nocentis,
et tantum miseris irasci numina possunt.
utque satis caesi nemoris, quaesita per agros 450
plaustra ferunt: curuoque soli cessantis aratro
agricolae raptis annum fleuere iuuencis.
dux tamen impatiens haesuri ad moenia Martis
uersus ad Hispanas acies extremaque mundi
iussit bella geri. stellatis axibus agger 455
erigitur geminasque aequantis moenia turres
accipit: hae nullo fixerunt robore terram,
sed per iter longum causa repsere latenti.
cum tantum nutaret onus, telluris inanes
concussisse sinus quaerentem erumpere uentum 460
credidit et muros mirata est stare iuuentus.
illinc tela cadunt excelsas urbis in arces.
sed maior Graio Romana in corpora ferro
uis inerat. neque enim solis excussa lacertis

47. *laesos*] cf. Verg. Aen. I 8 *quo uine laeso.*
50. *utque satis*] 'when enough wood been cut'. cf. Verg. G. II 399 *cui quam exhausti satis est.*
uaesita] 'requisitioned'.
51. *curuoque soli cessantis aratro*] 'and husbandmen wept for the year's pro- of the soil now resting from the ed plough, as their oxen had been pt away'. For *cessare* Weise cf. IV 24 *ua dies belli cessauit Marte cruento.*
52. *annum*] cf. note on 70 supr.
55. *bella geri*] sc. in his absence.
ellatis axibus] 'with planks set at rvals like stars', or perhaps 'radiating one centre': the meaning of *stellatis* secure, nor is any light thrown upon it e passage in Sil. Ital. XIII 109 *hic latera ctus stellatis axibus agger, hic grauida ato surgebat uinea dorso,* which is ously an imitation of this line. For in the sense of planks cf. Caes. II 9 *supraque ea tigna directo transs trabes iniecerunt easque axibus nerunt.* Catull. XVII 3 *acsulis in tinis* and Mr Ellis' note.

456. *aequantis*] 'equalling the walls in height'. cf. Quint. Curt. IV ix § 15 *cuius (Tigris) altitudo primo summa equorum pectora, mox, ut in medium alueum uentum est, ceruices quoque aequabat.*
457. *nullo fixerunt*] 'were not fastened into the ground by any woodwork', literally 'did not pierce the earth', i.e. they were moveable. cf. Persius III 80 *figentes lumine terram.* Stat. Silu. V i 140 *domum toruo quam non haec lumine figat.*
458. *causa latenti*] i.e. by concealed wheels.
459. *cum tantum*] i.e. the townspeople seeing such a mass shaking from the inequalities of the ground, fancied rather that the ground itself was being shaken by an earthquake, and were surprized that their own walls were not overthrown.
460. *uentum*] cf. Sen. Nat. Quaest. VI XXV § 1 *cum spiritus magna ui uacuom terrarum locum penitus oppleuit coepitque rixari et de exitu cogitare, latera ipsa inter quae latet saepius percutit* &c.

lancea sed tenso ballistae turbine rapta 465
haud unum contenta latus transire quiescit:
sed pandens perque arma uiam perque ossa relicta
morte fugit: superest telo post uolnera cursus.
at saxum quotiens ingenti uerberis actu
excutitur, qualis rupes quam uertice montis 470
abscidit impulsu uentorum adiuta uetustas,
frangit cuncta ruens: nec tantum corpora pressa
exanimat: totos cum sanguine dissipat artus.
ut tamen hostiles densa testudine muros
tecta subit uirtus armisque innexa priores 475
arma ferunt galeamque extentus protegit umbo,
quae prius ex longo nocuerunt missa recessu,
iam post terga cadunt: nec Graiis flectere iactum
aut facilis labor est longinqua ad tela parati
tormenti mutare modum: sed pondere solo 480
contenti nudis euoluunt saxa lacertis.
dum fuit armorum series, ut grandine tecta
innocua percussa sonant, sic omnia tela
respuit: at postquam uirtus incensa uirorum
perpetuam rupit defesso milite cratem, 485

465. *tenso*] 'swept along with all the strained force of the ballista'. cf. Verg. Aen. XI 284 *quo turbine torqueat hastam.*

466. *haud unum*] cf. Verg. Aen. X 339, 340 *traiecto missa lacerto protinus hasta fugit seruatque cruenta tenorem.*

467. *relicta morte*] 'leaving death behind it'.

468. *superest—cursus*] 'still flies on'.

469. *uerberis*] 'thong'. cf. Verg. G. I 309 *stuppea torquentem Balearis uerbera fundae.*

actu] 'impulse'.

470. *qualis rupes*] cf. Val. Flacc. II 528—530 *quantum uentis adiuta uetustas impulerit pontiue fragor, tantum abscidit imi concutiens a sede maris.*

473. *totos*] cf. Juv. III 259—261 *quid superest de corporibus? quis membra, quis ossa inuenit? obtritum uolgi perit omne cadauer more animae.*

475. *uirtus*] sc. milites fortes.

armisque] 'and the front rank carry shields close wedged with shields'. *arma* which Varro L. L. IV 24 derives *ab arcendo* means specially defensive armour. cf. Verg. Aen. X 841 *at Lausum su exanimem super arma ferebant.*

476. *umbo*] Properly the boss in t centre of the shield, and then the shi generally. cf. Juv. II 45, 46 *illes fendit numerus iunctaeque umbone pl langes.*

477. *recessu*] 'from a long way back cf. Val. Max. III v § 1 *uegeta et stren ingenia quo plus recessus sumunt uehementiores impetus edunt.*

478. *flectere iactum*] 'change the air

480. *mutare modum*] 'alter the rang

481. *nudis lacertis*] 'with their ar alone'. cf. Ov. Trist. III ii 17—18 *mala nulla feram nisi nudam Caesa iram, nuda parum nobis Caesaris ira est?* Sen. de benef. III xviii § 2 *uirtu non eligit domum nec censum, nudo hom contenta est.*

482. *series*] 'linkage'. cf. Tibull iii 63 *hic iuuenum series teneris immi puellis ludit*, used of dancers.

fuit] 'lasted', cf. Propert. III xvii *inuidiam quod habet non solet esse diu.*

485. *perpetuam—cratem*] 'the c

singula continuis cesserunt ictibus arma.
tunc adoperta leui procedit uinea terra,
sub cuius pluteis et tecta fronte latentes
moliri nunc ima parant et uertere ferro
moenia: nunc aries suspenso fortior ictu 490
incussus densi compagem soluere muri
temptat et impositis unum subducere saxis.
sed super et flammis et magnae fragmine molis
et sudibus crebris et adusti roboris ictu
percussae cedunt crates, frustraque labore 495
exhausto fessus repetit tentoria miles.
summa fuit Graiis starent ut moenia uoti:
ultro acies inferre parant: armisque coruscas
nocturni texere faces: audaxque iuuentus
erupit: non hasta uiris non letifer arcus, 500
telum flamma fuit, rapiensque incendia uentus
per Romana tulit celeri munimina cursu.
nec, quamuis uiridi luctetur robore, lentas
ignis agit uires: taeda sed raptus ab omni
consequitur nigri spatiosa uolumina fumi: 505
nec solum siluas sed saxa ingentia soluit,

mous framework'. See note on I 241. id. cf. Tac. Hist. III 27 *pondera saxorum tellani prouoluunt, disiectam fluitantem testudinem lanceis contisque scrutantur, nec soluta compage scutorum exsangues et laceros prosternerent.*

486. *singula*] i.e. of each soldier when parated from his fellows.

487. *adoperta*] 'covered with a thin ating of turf', i.e. to prevent its being t on fire.

488. *pluteis*] 'mantlets'.

489. *moliri*] 'to overthrow'. Liv. XXIV *simituque primo largioris procellae stretum molientium portam exaudiri prohibit.* Id. XXV 36 *exustis foribus quas illa moliri potuerant ui.* Tac. Ann. I 39 *incursu ad ianuam facto moliuntur fores.*

490. *suspenso*] 'the more powerful cause its blow is held back for a time'. Ov. Amor. I vii 57 *suspensaeque diu rimae fluxere per ora.*

492. *unum subducere*] 'to remove one one from those placed upon it', i.e. so to cause the upper part of the wall to l: this was apparently to be done by crushing it as there is no mention here of any instrument for pulling stones out of the wall such as the *falces* spoken of by Caesar, B. G. VII 22.

493. *super*] 'from above'.

494. *adusti roboris*] cf. Caes. B. G. VII 22 *apertos cuniculos praeusta et praeacuta materia et pice feruefacta et maximi ponderis saxis morabantur, moenibusque appropinquare prohibebant.*

497. *fuit*] sc. hitherto; 'so far the Greeks' utmost wish was that their walls might stand'.

499. *nocturni*] is used like the Greek κνεφαῖοι, cf. Hor. Epod. XVI 51 *nec uespertinus circumgemit ursus ouile.* Verg. Aen. VIII 465 *nec minus Aeneas se matutinus agebat.*

504. *agit*] sc. *exercet.*

505. *consequitur*] 'follows hard on the wreaths of smoke' i.e. drives the smoke before it.

506. *siluas*] here equivalent to *ligna:* on the contrary *ligna* is used for *arbores* 'growing trees' by Hor. Epp. I vi 31 *uirtutem uerba putas et lucum ligna?*

et crudae putri fluxerunt puluere cautes.
procubuit maiorque iacens adparuit agger.
spes uictis telluris abit placuitque profundo
fortunam temptare mari. non robore picto 510
ornatas decuit fulgens tutela carinas,
sed rudis et qualis procumbit montibus arbor
conseritur, stabilis naualibus area bellis.
et iam turrigeram Bruti comitata carinam
uenerat in fluctus Rhodani cum gurgite classis 515
Stoechados arua tenens. nec non et Graia iuuentus
omne suom fatis uoluit committere robur,
grandaeuosque senes mixtis armauit ephebis.
accepit non sola uiros quae stabat in undis
classis; et emeritas repetunt naualibus alnos. 520
ut matutinos spargens super aequora Phoebus
fregit aquis radios, et liber nubibus aether,
et posito Borea pacemque tenentibus Austris
seruatum bello iacuit mare, mouit ab omni
quisque suam statione ratem, paribusque lacertis 525
Caesaris hinc pubes, hinc Graio remige classis
tollitur: impulsae tonsis tremuere carinae
crebraque sublimes conuellunt uerbera puppes.

507. *crudae*] 'rough'. cf. Sil. Ital. III 514 *crudisque locorum ferre pedem ac proprio turmas euadere calle.*

509. *spes telluris*] 'hope of success on land'. cf. supr. 358.

511. *decuit*] 'adorned'; for this transitive use of *decere* cf. Ov. Fast. II 105, 106 *capit ille coronam quae possit crines Phoebe decere tuos.*

tutela] i.e. the image of the protecting deity set up in the ship's stern. cf. Sen. Epp. IX v (76) § 13 *nauis bona dicitur non quae pretiosis coloribus picta est nec cui argenteum aut aureum rostrum est nec cuius tutela ebore caelata est.*

513. *conseritur*] 'is fastened together to make a firm platform for naval warfare'. cf. IV 136 *conseritur bibula Memphitis cumba papyro.*

515. *Rhodani cum gurgite*] 'down the current of the Rhone'. cf. Caes. B. G. I 36 *naues longas Arelate numero duodecim facere instituit.*

516. *Stoechados*] The Stoechades were three small islands in a row, whence their name, off the Ligurian coast. Weise.

tenens] 'making their station'.

517. *robur*] 'all their forces', cf. 5 infr.

518. *senes...ephebis*] sc. those who h passed and those who had not yet reach military age.

519. *accepit uiros*] 'was manned'.

520. *et emeritas*] 'those past servi also'. cf. Mart. X lxxxv 5 *emeritam pa pim ripa quae stabat in alta.*

522. *fregit*] 'refracted'. Compare t use of *frangere* in Quintil. I vi § 44 *com in gradus frangere.* See also note on 5 infr.

524. *seruatum bello iacuit*] 'lay ca and ready for warfare'. cf. X 328 *inter in alta it conualle iacens iam mol unda receptis.*

525. *paribus*] 'in rivalry'.

527. *tollitur*] 'is lifted'. Oud. cf. V Flac. I 340 *concussoque ratem gaude tollere remo.*

528. *crebraque*] 'and frequent stro of the oars tear the ships along'.

cornua Romanae classis ualidaeque triremes
quasque quater surgens exstructi remigis ordo 530
commouet et plures quae mergunt aequore pinus
multiplices cinxere rates. hoc robur aperto
oppositum pelago. lunata fronte recedunt
ordine contentae gemino creuisse Liburnae.
celsior at cunctis Bruti praetoria puppis 535
uerberibus senis agitur molemque profundo
inuehit et summis longe petit aequora remis.
ut tantum medii fuerat maris utraque classis
quod semel excussis posset transcurrere tonsis,
innumerae uasto miscentur in aethere uoces, 540
remorumque sonus premitur clamore, nec ullae
audiri potuere tubae. tum caerula uerrunt
atque in transtra cadunt et remis pectora pulsant.
ut primum rostris crepuerunt obuia rostra,
in puppim rediere rates, emissaque tela 545
aera texerunt uacuomque cadentia pontum.
et iam diductis extendunt cornua proris
diuersaeque rates laxata classe receptae.

529. *cornua*] i.e. the triremes quadriremes and larger ships formed the wings of the fleet, which was drawn up in the form of a concave crescent with the smaller vessels in the centre.

530. *quasque*] 'and those driven by ranks of rowers rising four times in layers above each other'.

531. *et plures*] 'and those which dip more than four banks of oars in the sea'.

532. *multiplices—rates*] 'ships of many kinds' or perhaps merely 'numerous ships': the words are in apposition to *triremes* &c.

534. *ordine*] 'to have reached such a size as to have one bank of oars'. cf. IX 842 *nec culmis creuere tori.* Sil. Ital. XIV 301 *tabulata decem cui crescere Graius fecerat.* Ov. Met. VIII 189—191 *nam ponit in ordine pennas, a minima coeptas longam breuiore sequenti, ut cliuo creuisse putes.*

Liburnae] were small and light galleys. cf. Hor. Epod. I 1, 2 *ibis Liburnis inter alta nauium, amice, propugnacula.*

536. *uerberibus senis*] i.e. the strokes of six banks of oars. Oud. cf. Sil. Ital. XIV 486 *senis Rheteius ibat pulsibus.*

537. *summis longe*] i.e. because the oars of the topmost rank would be longer than any of the others, and would strike the water at a greater distance from the side of the vessel.

538. *tantum*] 'only so much'. cf. Caes. B. G. VI 34 *praesidi tantum est ut ne murus quidem cingi possit.*

539. *quod semel*] 'as both fleets could hasten across with a single stroke of their oars'. cf. Ov. Met. V 596 *excussaque bracchia iacto,* used of a swimmer.

541. *premitur*] 'is drowned'.

543. *in transtra cadunt*] ita inclinantur ut proni cadere uideantur, uel, cum residant, cecidisse uideantur: nam gestum expressit nauigantium qui quanto magis accelerant tanto magis inclinant. Schol.

545. *in puppim rediere*] 'bounded backwards'.

546. *aera*] cf. Aristoph. Vesp. 1084 ὑπὸ δὲ τῶν τοξευμάτων οὐκ ἦν ἰδεῖν τὸν οὐρανόν.

uacuom] i.e. where there were no ships.

548. *diuersaeque rates*] 'and as the fleet opened out, the enemies' ships were admitted', i.e. into the crescent.

ut quotiens aestus Zephyris Eurisque repugnat
huc abeunt fluctus illuc mare: sic, ubi puppes 550
sulcato uarios duxerunt gurgite tractus,
quod tulit illa ratis remis haec reppulit aequor.
sed Graiis habiles pugnamque lacessere pinus
et temptare fugam nec longo frangere gyro
cursum nec tarde flectenti cedere clauo. 555
at Romana ratis stabilem praebere carinam
certior et terrae similem bellantibus usum.
tunc in signifera residenti puppe magistro
Brutus ait: paterisne acies errare profundo,
artibus et certas pelagi? iam consere bellum: 560
Phocaicis medias rostris oppone carinas.
paruit obliquas et praebuit hostibus alnos.
tum quaecumque ratis temptauit robora Bruti
ictu uicta suo percussa et capta cohaesit.
ast alias manicaeque ligant teretesque catenae 565
seque tenent remis: tecto stetit aequore bellum.
iam non excussis torquentur tela lacertis
nec longinqua cadunt iaculato uolnera ferro,
miscenturque manus. nauali plurima bello

549. *Zephyris Eurisque repugnat*] 'has to contend with West and East winds at once'. cf. II 454 foll. Hom. Od. V 295, 296 σὺν δ' Εὖρός τε Νότος τ' ἔπεσον Ζέφυρός τε δυσαὴς καὶ Βορέης αἰθρηγενέτης μέγα κῦμα κυλινδων.

550. *huc abeunt*] 'the waves are driven one way, the general body of the sea another'.

551. *sulcato*] 'as the ships ploughed up the deep drawing various lines across it, the sea which one ship drove forward with its prow another ship drove back with its oars'.

553. *pugnamque lacessere*] 'to skirmish'. Oud. cf. Liv. XXXVII 16 *lacessebatur magis quam conserebatur pugna*.

554. *nec longo—nec tarde*] i.e. *et non longo et non tarde*. cf Verg. Ecl. II 40 *pendentesque sine nec tuta mihi mala reperti capreoli*. See note on I 72.

frangere gyro] to break their course, i.e. to turn it aside. cf. Stat. Theb. XII 631 *nec obliquatibus armis terretur nec frangit iter*.

555. *nec tarde*] 'and not be slow in answering to the guiding helm'.

557. *usum*] 'a vantage ground for the combatants like firm land'.

558. *signifera in puppe*] i.e. the stern of the ship where the *tutela* was placed.

magistro] 'steersman'. cf. Verg. Aen. VI 353 *excussa magistro nauis*.

560. *artibus—pelagi*] 'naval manoeuvres', 'evolutions'.

consere bellum] 'bring the fight to close quarters'. cf. Liv. loc. cit. ad 553 supr.

562. *obliquas*] 'at an angle'.

564. *cohaesit*] Oud. cf. Liv. XXXVI 30 *debilitatam ea ipsa quae icta cohaserat nauim cepit*.

565. *manicae*] 'grappling irons'.

566. *seque tenent remis*] i.e. they stop themselves by getting their oars entangled.

tecto stetit aequore] 'as all the sea was covered the fight became stationary', i.e. as there was no room for manoeuvring. Compare the Greek σταθὲν μάχη.

568. *uolnera*] 'blows'. cf. Verg. Aen. X 140 *uolnera dirigere*. Val. Flac. VI 653 *Ausoniae uolnus fatale sed hastae per clipeum per pectus abit*.

569. *miscenturque manus*] '*but* they fight hand to hand'. See note on I 134.

ensis agit. stat quisque suae de robore puppis 570
pronus in aduersos ictus: nullique perempti
in ratibus cecidere suis. cruor altus in undis
spumat et obducti concreto sanguine fluctus.
et quas immissi traxerunt uincula ferri
has prohibent iungi conserta cadauera puppes. 575
semianimes alii uastum subiere profundum
hauseruntque suo permixtum sanguine pontum.
hi luctantem animam lenta cum morte trahentes
fractarum subita ratium periere ruina.
irrita tela suas peragunt in gurgite caedes: 580
et quodcumque cadit frustrato pondere ferrum
exceptum mediis inuenit uolnus in undis.
Phocaicis Romana ratis uallata carinis
robore diducto dextrum laeuomque tuetur
aequo Marte latus: cuius dum pugnat ab alta 585
puppe Tagus Graiumque audax aplustre retentat
terga simul pariter missis et pectora telis
transigitur: medio concurrit pectore ferrum,
et stetit incertus flueret quo uolnere sanguis,
donec utrasque simul largus cruor expulit hastas, 590
diuisitque animam sparsitque in uolnera letum.
dirigit huc puppim miseri quoque dextra Telonis,
qua nullam melius pelago turbante carinae

nauali] 'though the battle is at sea the sword is mostly used', i.e. instead of missiles as might be expected. cf. Thuc. IV 14 *οἵ τε γὰρ Λακεδαιμόνιοι ὑπὸ προθυμίας καὶ ἐκπλήξεως, ὡς εἰπεῖν, ἄλλο οὐδὲν ἢ ἐκ γῆς ἐναυμάχουν, οἵ τε Ἀθηναῖοι κρατοῦντες καὶ βουλόμενοι τῇ παρούσῃ τύχῃ ὡς ἐπὶ πλεῖστον ἐπεξελθεῖν ἀπὸ νεῶν ἐπεζομάχουν.*

570. *stat quisque*] 'each man stands leaning from his own ship's side to meet the foeman's blows, and none when slain fell in their own ships,' sc. quia hosticae cohaerebant.

572. *cruor altus*] 'deep streams of blood'. cf. I 329.

574. *immissi*] 'launched upon them', i.e. the grappling irons.

575. *conserta*] 'massed together'. cf. IV 490. Oud. cf. Val. Flac. III 274 *tum super exsangues consertae caedis aceruos.*

578. *luctantem*] 'still drawing their breath which struggled against a lingering death'.

580. *irrita tela*] 'darts which had missed their mark'.

582. *exceptum*] sc. ab aliquo natante.

inuenit uolnus] 'found an object to strike'.

583. *uallata*] 'encircled'. cf. Stat. Theb. X 564 *ingratae uallantur planctibus arae.*

584. *robore diducto*] 'dividing its fighting men'.

586. *aplustre*] 'stern-ornament'. See Dict. of Antiquities.

591. *diuisitque*] Oud. cf. Sidon. Apoll. VII 294 *et dum per duplicem sanguis singultat hiatum diuidua ancipitem carpserunt uolnera mortem.*

593. *turbante*] For the neuter use of *turbare* cf. Lucret. II 125 *corpora quae in solis radiis turbare uidentur.* Verg. Aen. VI 801 *et septemgemini turbant trepida ostia Nili.*

audiuere manum: nec lux est notior ulli
crastina, seu Phoebum uideat, seu cornua lunae, 595
semper uenturis componere carbasa uentis.
hic Latiae rostro compagem ruperat alni:
pila sed in medium uenere trementia pectus,
auertitque ratem morientis dextra magistri.
dum cupit in sociam Gyareus erepere puppim, 600
excipit immissum suspensa per ilia ferrum,
adfixusque rati telo retinente pependit.
stant gemini fratres fecundae gloria matris,
quos eadem uariis genuerunt uiscera fatis.
discreuit mors saeua uiros, unumque relictum 605
agnorunt miseri sublato errore parentes,
aeternis causam lacrimis: tenet ille dolorem
semper et amissum fratrem lugentibus offert.
quorum alter mixtis obliquo pectine remis
ausus Romanae Graia de puppe carinae 610
iniectare manum: sed eam grauis insuper ictus
amputat: illa tamen nisu quo prenderat haesit,
deriguitque tenens strictis immortua neruis.
creuit in aduersis uirtus: plus nobilis irae

594. *audiuere*] cf. Verg. G. I 514 *neque audit currus habenas.*

596. *componere*] The infinitive depends on the general sense of the preceding lines: 'than whom none was more skilled always to adapt his canvas to the coming winds'.

597. *ruperat*] 'had shattered', cf. Hor. Epod. X 19, 20 *Ionius udo cum remugiens sinus Noto carinam ruperit.*

599. *auertitque ratem*] 'made the ship change her course'.

600. *in sociam*] ut pro illo (Telone) nauem gubernaret. Schol.

601. *suspensa*] sc. *eius suspensi*, 'as he hung in the air', i.e. from the rope.

602. *adfixusque rati*] 'nailed to the ship's side'.

605. *discreuit*] 'at last distinguished them', i.e. so long as they were both alive even their parents did not know them apart.

606. *errore*] cf. Verg. Aen. X 391—393 *simillima proles indiscreta suis gratusque parentibus error: at nunc dura dedit uobis discrimina Pallas.* Stat. Theb. IX 295 *solus abi miseros non decepture parentes.*

607. *tenet*] 'keeps fresh': equivalent to *retinet*. I cannot find any passage where *tenere* is used quite in the same sense, but compare Cic. N. D. II § 134 *cum tribus rebus animantium uita tenetur, cibo, potione, spiritu.*

609. *quorum alter*] Suetonius Jul. 68 tells this story of one of Caesar's soldiers. *Acilius nauali ad Massiliam proelio iniecta in puppim hostium dextera et abscisa, memorabile illud apud Graecos Cynaegiri exemplum imitatus, transiluit in nauem umbone obuios agens.*

mixtis obliquo pectine] 'when the oars were locked like a comb by crossing'. cf. Ov. Met. IX 299 *digitis inter se pectine iunctis.*

611. *insuper*] 'coming down from above', equivalent to *desuper*.

612. *nisu*] 'position'. cf. Verg. Aen. V 437 *stat grauis Entellus nisuque immotus eodem.*

613. *strictis immortua neruis*] 'dead in the act (i.e. of grasping) with contracted muscles'.

truncus habet: fortique instaurat proelia laeua, 615
rapturusque suam procumbit in aequora dextram.
haec quoque cum toto manus est abscisa lacerto.
iam clupeo telisque carens non conditur ima
puppe; sed expositus fraternaque pectore nudo
arma tegens crebra confixus cuspide perstat: 620
telaque multorum leto casura suorum
emerita iam morte tenet. tum uolnere multo
effugientem animam lassos collegit in artus,
membraque contendit toto quicumque manebat
sanguine, et hostilem defectis robore membris 625
insiluit, solo nociturus pondere, puppim.
strage uirum cumulata ratis multoque cruore
plena per obliquom crebros latus accipit ictus.
at postquam ruptis pelagus compagibus hausit
ad summos repleta foros, descendit in undas 630
uicinum inuoluens contorto uertice pontum.
aequora discedunt mersa diducta carina
inque locum puppis cecidit mare. multaque ponto
praebuit illa dies uarii miracula fati.
ferrea dum puppi rapidos manus inserit uncos 635
adfixit Lycidam. mersus foret ille profundo,
sed prohibent socii suspensaque crura retentant.
scinditur auolsus: nec sicut uolnere sanguis

616. *procumbit*] 'stretches out over the sea'.

618. *clupeo telisque carens*] i.e. having lost both left and right arm. Compare the Greek for 'right wheel' and 'left wheel' Theophrast. Charac. VIII (xxvii) τὸ ἐπὶ δόρυ καὶ ἐπὶ ἀσπίδα.

620. *arma tegens*] i.e. protecting his brother's shield with his body, instead of having his body protected by his brother's shield.

621. *leto casura*] 'which would have brought death to many in their fall'.

622. *emerita*] 'well earned'. cf. note on I 357.

625. *sanguine*] i.e. strength. cf. note on II 338.

627. *strage uirum*] 'with a pile of corpses'. cf. Tac. Ann. VI 25 (19) *iacuit immensa strages, omnis sexus, omnis aetas.*

628. *obliquom*] sc. oppositum hosti. Weise.

630. *foros*] 'gangways', cf. IV 567. Verg. Aen. VI 412.

631. *inuoluens*] 'whirling round the sea hard by in twisted eddies'. cf. Sen. Herc. Fur. 686 *flexibus multis grauem inuoluit amnem.*

633. *ponto*] 'on the sea'. Weise takes *ponto* as dative with *praebuit:* 'that day furnished many varied deaths for the sea to wonder at': but it seems simpler to take *ponto* as ablative.

635. *rapidos*] 'snatching', cf. Lucret. IV 712 *rapidi...leones.*

636. *adfixit Lycidam*] i.e. it grasped Lycidas instead of the ship.

638. *nec sicut uolnere*] According to Sulpitius these are the lines recited by Lucan while bleeding to death: others say IX 811 foll.

emicuit lentus: ruptis cadit undique uenis:
discursusque animae diuersa in membra meantis 640
interceptus aquis. nullius uita perempti
est tanta dimissa uia: pars ultima trunci
tradidit in letum uacuos uitalibus artus;
at tumidus qua pulmo iacet qua uiscera feruent
haeserunt ibi fata diu: luctataque multum 645
hac cum parte uiri uix omnia membra tulerunt.
dum nimium pugnax unius turba carinae
incumbit prono lateri uacuamque relinquit
qua caret hoste ratem: congesto pondere puppis
uersa caua texit pelagus nautasque carina; 650
bracchia nec licuit uasto iactare profundo
sed clauso periere mari. tunc unica diri
conspecta est leti facies, cum forte natantem
diuersae rostris iuuenem fixere carinae.
discessit medium tam uastos pectus ad ictus: 655
nec prohibere ualent obtritis ossibus artus
quo minus aera sonent. eliso uentre per ora
eiectat saniem permixtus uiscere sanguis.
postquam inhibent remis puppes ac rostra recedunt,
deiectum in pelagus perfosso pectore corpus 660
uolneribus transmisit aquas. pars maxima turbae
naufragă iactatis morti obluctata lacertis

640. *animae*] 'life blood'.

642. *tanta—uia*] 'by so wide a path', i.e. by so vast a wound.

644. *tumidus*] is merely a customary epithet, i.e. swelling with the air inhaled.

645. *luctataque*] 'and after a prolonged struggle with this part of the man, scarce succeeded in carrying off all his limbs'.

648. *prono*] 'sloping'.

649. *congesto pondere*] 'by the weight piled in one place'.

652. *unica*] 'remarkable'. cf. Vell. Pat. II vii § 1 *huic atrocitati adiectum scelus unicum.*

655. *discessit*] 'disappeared'. cf. note on II 121.

659. *inhibent remis*] 'back water'. Greek πρύμναν κρούεσθαι. Cicero seems to have thought at one time that *inhibere remis* meant to cease rowing, in which sense he uses it de orat. I § 153 *ut concitato nauigio, cum remiges inhibuerunt, retinet tamen ipsa nauis motum et cursum suum, intermisso impetu pulsuque remorum;* but cf. ad Att. XIII xxi § 3 *inhibere illud tuum quod ualde mihi arriserat uehementer displicet. est enim uerbum totum nauticum: quamquam id quidem sciebam; sed arbitrabar sustineri remos cum inhibere essent iussi remiges. id non esse eiusmodi didici heri, cum ad uillam nostram nauis appelleretur: non enim sustinent sed alio modo remigant; id ab ἐποχῇ remotissimum est...inhibitio autem remigum motum habet et uehementiorem quidem remigationis nauem conuertentis ad puppim.*

661. *transmisit aquas*] 'let the water flow through', ὕδωρ διέφρησε.

turbae] 'crew'.

puppis ad auxilium sociae concurrit: at illi
robora cum uetitis prensarent altius ulnis,
nutaretque ratis populo peritura recepto, 665
impia turba super medios ferit ense lacertos:
bracchia linquentes Graia pendentia puppi
a manibus cecidere suis: non amplius undae
sustinuere graues in summo gurgite truncos.
iamque omni fusis nudato milite telis 670
inuenit arma furor: remum contorsit in hostem
alter: at hi tortum ualidis aplustre lacertis,
auolsasque rotant excusso remige sedes.
in pugnam fregere rates. sidentia pessum
corpora caesa tenent spoliantque cadauera ferro. 675
multi inopes teli iaculum letale reuolsum
uolneribus traxere suis, et uiscera laeua
oppressere manu, ualidos dum praebeat ictus
sanguis, et hostilem cum torserit, exeat, hastam.
nulla tamen plures hoc edidit aequore clades 680
quam pelago diuersa lues. nam pinguibus ignis
adfixus taedis et tecto sulpure uiuax
spargitur: at faciles praebere alimenta carinae
nunc pice nunc liquida rapuere incendia cera.

663. *puppis ad auxilium*] 'to get help from a friendly ship'.

664. *prensarent altius ulnis*] i.e. when instead of merely holding on with their hands they tried to get their elbows over the side of the boat, in order to drag themselves on board.

665. *populo recepto*] 'if such numbers were received on board'. cf. Ov. Met. IV 441, 442 *nec ulli exiguus populo est turbamue accedere sentit.*

668. *a manibus*] 'fell parted from their hands'.

669. *non amplius*] sc. they sank, having no arms to use for swimming.

671. *inuenit*] Oud. cf. Sil. Ital. VI 46 *tamen certamine nudo inuenit Marti telum dolor.*

673. *rotant*] cf. Verg. Aen. IX 441 *instat non setius ac rotat ensem fulmineum.*

674. *in pugnam*] 'to fight with', cf. Pers. V 2 *linguas optare in carmina centum*, i.e. to sing with.

sidentia pessum] cf. Lucret. VI 588 *multae per mare pessum subsedere suis pariter cum ciuibus urbes.* So in IV 206 *tradita uenum.*

675. *ferro*] i.e. that by which they have been killed.

678. *dum praebeat*] 'so long as their life-blood gives them strength to deal sturdy blows'. cf. IV 286, 287 *mobile neruis conamen calidus praebet cruor.*

679. *et hostilem*] 'and only flows out after hurling back the foeman's spear'. For the order cf. I. 14, V 387, VI 710, 711.

681. *pelago diuersa lues*] 'the plague most opposite to the sea', i.e. fire, cf. Aesch. Agam. 650—652 ξυνώμοσαν γὰρ ὄντες ἔχθιστοι τὸ πρὶν πῦρ καὶ θάλασσα καὶ τὰ πίστ' ἐδειξάτην φθείροντε τὸν δύστηνον Ἀργείων στρατόν.

pinguibus] cf. Verg. G. III 449, 450 *uiuaque sulpura Idaeasque pices et pingues unguine taedas.*

684. *pice—cera*] i.e. the pitch and wax used in the rigging and for caulking the deck.

cera] cf. Ov. Met. XI 514, 515 *iamque labant cunei, spoliataque tegmine cerae rima patet praebetque uiam letalibus undis.*

nec flammas superant undae: sparsisque per aequor 685
iam ratibus fragmenta ferus sibi uindicat ignis.
hic recipit fluctus extinguat ut aequore flammas:
hi ne mergantur tabulis ardentibus haerent.
mille modos inter leti mors una timori est
qua coepere mori. nec cessat naufraga uirtus: 690
tela legunt deiecta mari ratibusque ministrant:
incertasque manus ictu languente per undas
exercent. nunc rara datur si copia ferri
utuntur pelago. saeuus complectitur hostem
hostis, et implicitis gaudent subsidere membris, 695
mergentesque mori.—pugna fuit unus in illa
eximius Phoceus animam seruare sub undis,
scrutarique fretum, si quid mersisset harenis,
et nimis adfixos unci conuellere morsus,
adductum quotiens non senserat ancora funem. 700
hic ubi compressum penitus deduxerat hostem,
uictor et incolumis summas remeabat ad undas.
sed se per uacuos credit dum surgere fluctus,
puppibus occurrit tandemque sub aequore mansit.
hi super hostiles iecerunt bracchia remos 705
et ratium tenuere fugam. non perdere letum
maxima cura fuit; multus sua uolnera puppi
adfixit moriens et rostris abstulit ictus.
stantem sublimi Tyrrhenum culmine prorae

685. *superant*] 'get the better of the flames'.

687. *recipit*] sc. in nauem.

689. *mors una*] 'each fears that form of death alone by which he has begun to die', e.g. if he is drowning he is not afraid of the fire, if he is burning he is not afraid of the water.

694. *utuntur pelago*] 'they make the sea their weapon'.

696. *mergentesque mori*] 'and die carrying down a foe'.

unus eximius] 'one conspicuous above all'. cf. Cic. in L. Caec. div. § 52 *neque enim esset uerisimile, cum omnibus Siculis faceret iniurias, te illi unum eximium, cui consuleret, fuisse;* Liv. IX 34 *tu unus eximius es in quo hoc praecipuom et singulare ualeat. eximius* is equivalent to a superlative. cf. Verg. Aen. II 426 *iustissimus unus qui fuit e Teucris et seruantissimus aequi.*

697. *animam seruare*] 'to keep his breath'.

699. *nimis adfixos*] 'too firmly fastened', i.e. anchors which could not be drawn up in the ordinary way, and so would require to be cleared by a diver.

700. *adductum*] 'strained'. Ovid. cf. Caes. B.G. III 14 *cum funes qui antennas ad malos destinabant comprehensi adducique erant.*

703. *uacuos*] cf. note on 546 supr.

706. *perdere letum*] 'to waste, throw away their death'. So also ἀπολλύναι is used in Greek, cf. Demos. adv. Lept. 480 οὐ στρατιώτην ἀπώλεσεν οὐδένα (ὁ Λεβρίας).

707. *sua uolnera*] sc. suum corpus uolneratum.

Lygdamus excussa Balearis tortor habenae 710
glande petens solido fregit caua tempora plumbo.
sedibus expulsi, postquam cruor omnia rupit
uincula, procumbunt oculi: stat lumine rapto
adtonitus mortisque illas putat esse tenebras.
at postquam membris sensit constare uigorem, 715
uos, ait, o socii, sicut tormenta soletis,
me quoque mittendis rectum componite telis.
egere quod superest animae, Tyrrhene, per omnes
bellorum casus. ingentem militis usum
hoc habet ex magna defunctum parte cadauer: 720
uiuentis feriere loco. sic fatus in hostem
caeca tela manu sed non tamen irrita mittit.
excipit haec iuuenis generosi sanguinis Argus
qua iam non medius descendit in ilia uenter,
adiuuitque suo procumbens pondere ferrum. 725
stabat diuersa uictae iam parte carinae
infelix Argi genitor; non ille iuuentae
tempore Phocaicis ulli cessurus in armis:
uictum aeuo robur cecidit, fessusque senecta
exemplum non miles erat; qui funere uiso 730
saepe cadens longae senior per transtra carinae
peruenit ad puppim spirantisque inuenit artus.
non lacrimae cecidere genis non pectora tundit,
distentis toto riguit sed corpore palmis.
nox subit atque oculos uastae obduxere tenebrae, 735

710. *excussa*] Oud. cf. Ov. Met. VII 79 *nec excussae contorto uerbere glandes.*

712. *sedibus*] 'forced from their sockets, when the blood burst all the ties that held them'.

713. *procumbunt*] 'fall at his feet'.

715. *constare uigorem*] 'that the strength of his limbs was still sound', cf. Sen. Epp. XII i (lxxxiii) § 27 *sed si (temuenti) temptantur pedes, lingua non constat.*

717. *mittendis*] 'set me up in the right position for discharging missiles'.

componite] cf. Vell. Pat. II xiv § 3 *tu uero, inquit, si quid in te artis est, ita compone domum meam ut, quidquid agam, ab omnibus perspici possit.*

718. *egere*] 'get rid of the remainder of your life'.

719. *ingentem*] 'discharges an important part of a soldier's duty', i.e. by being a mark for the enemy.

724. *qua iam*] infra umbilicum ergo percussus est: *ilia* sunt arteriae inter uesicam et alueum ad pubem tendentes, teste Plinio. Weise.

725. *adiuuit*] 'drove the steel deeper home by his weight as he fell'.

730. *exemplum*] 'a model, pattern'. cf. Ov. Met. I 365, 366 *nunc genus in nobis restat mortale duobus, sic uisum superis, hominumque exempla manemus.*

funere] sc. nati.

731. *saepe cadens*] 'oft falling from old age as he crossed the benches', i.e. stumbling over the benches.

735. *nox subit*] Weise cf. Hom. Il. V 659 τὸν δὲ κατ' ὀφθαλμῶν ἐρεβεννὴ νὺξ ἐκάλυψεν.

et miserum cernens agnoscere desinit Argum.
ille caput labens et iam languentia colla
uiso patre leuat: uox fauces nulla solutas
prosequitur: tacito tantum petit oscula uoltu
inuitatque patris claudenda ad lumina dextram. 740
ut torpore senex caruit uiresque cruentus
coepit habere dolor, non perdam tempora, dixit,
a saeuis permissa deis iugulumque senilem
confodiam. ueniam misero concede parenti,
Arge, quod amplexus, extrema quod oscula fugi. 745
nondum destituit calidus tua uolnera sanguis,
semianimusque iaces et adhuc potes esse superstes.
sic fatus, quamuis capulum per uiscera missi
polluerat gladii, tamen alta sub aequora tendit
praecipiti saltu. letum praecedere nati 750
festinantem animam morti non credidit uni.

inclinant iam fata ducum: nec iam amplius anceps
belli casus erat: Graiae pars maxima classis
mergitur: ast aliae mutato remige puppes
uictores uexere suos: naualia paucae 755
praecipiti tenuere fuga. quis in urbe parentum
fletus erat: quanti matrum per litora planctus.
coniunx saepe sui confusis uoltibus unda
credidit ora uiri Romanum amplexa cadauer:
accensisque rogis miseri de corpore trunco 760
certauere patres. at Brutus in aequore uictor
primus Caesareis pelagi decus addidit armis.

737. *languentia*] cf. Verg. Aen. IX 436, 437 *purpureus ueluti cum flos succisus aratro languescit moriens.*


759. *gradum...addunt*] 'increase pace'. cf. Verg. G. I 513 *addunt in*. and Conington's note.

uolneribus coguntur equi. nec profuit ulli
cornipedis rupisse moras: neque enim impetus illis
incursusque fuit: tantum profertur ad hostes
et spatium iaculis oblato uolnere donat.
at uagus Afer equos ut primum emisit in agmen 765
tum campi tremuere sono: terraque soluta,
quantus Bistonio torquetur turbine puluis,
aera nube sua texit traxitque tenebras.
ut uero in pedites fatum miserabile belli
incubuit: nullo dubii discrimine Martis 770
ancipites steterunt casus sed tempora pugnae
mors tenuit. neque enim licuit procurrere contra
et miscere manus. sic undique saepta iuuentus
comminus obliquis et rectis eminus hastis
obruitur: non uolneribus nec sanguine, solum 775
telorum nimbo peritura ac pondere ferri.
ergo acies tantae paruom spissantur in orbem:
ac si quis metuens medium correpsit in agmen
uix impune suos inter conuertitur enses.
densaturque globus, quantum pede prima relato 780
constrinxit gyros acies. non arma mouendi
iam locus est pressis, stipataque membra teruntur:
frangitur armatum colliso pectore pectus.
non tam laeta tulit uictor spectacula Maurus
quam Fortuna dabat: fluuios non ille cruoris 785
membrorumque uidet lapsum et ferientia terram

761. *uolneribus*] i.e. as the spurs are ı use, they try to stir up their horses th their swords.

762. *neque enim*] 'for they had no wer to rush and charge the foe'.

764. *spatium...donat*] 'saves him so ıg a shot', cf. VI 58. Sil. Ital. I 487 *ualem Pyrenen Alpesque tibi mea dex- ı donat.* Val. Flacc. I 473 *donat et biclo pelagus iuuenumque labores Aeso- des.*

766. *terraque soluta*] 'as the earth was ɔken up'. cf. Verg. G. I 44 *putris se ɪeba resoluit.*

767. *Bistonio*] cf. Hor. carm. I XXV 12 *ıracio bacchante magis sub interlunia ıto.*

770. *nullo dubii*] 'doubtful chances did not hang balanced at all in the hazard of war', i.e. it was a massacre rather than a battle.

774. *comminus*] 'by sidelong sword-blows at close quarters and spears hurled straight from a distance'.

775. *non uolneribus*] 'sure to perish not only by wounds and bloodshed, but by the cloud of missiles and the mere weight of iron', i.e. falling on their heads. Oud. cf. Stat. Theb. VIII 419 *nec locus ad ter- ram telis; in corpora ferrum omne cadit.*

779. *suos*] i.e. *suorum.*

780. *quantum*] 'the more the front rank as it retired drew close the circle'.

784. *non tam laeta*] 'the conquering Moors did not see such a joyful spectacle as Fortune really gave'.

corpora: compressum turba stetit omne cadauer.
excitet inuisas dirae Karthaginis umbras
inferiis Fortuna nouis: ferat ista cruentus
Hannibal et Poeni tam dira piacula manes. 790
Romanam, superi, Libyca tellure ruinam
Pompeio prodesse nefas uotisque senatus:
Africa nos potius uincat sibi. Curio fusas
ut uidit campis acies, et cernere tantas
permisit clades compressus sanguine puluis, 795
non tulit adflictis animam producere rebus
aut sperare fugam, ceciditque in strage suorum
impiger ad letum et fortis uirtute coacta.
quid nunc rostra tibi prosunt turbata forumque
unde tribunicia plebeius signifer arte 800
arma dabas populis? quid prodita iura senatus,
et gener atque socer bello concurrere iussi?
ante iaces quam dira duces Pharsalia confert,
spectandumque tibi bellum ciuile negatum est.
has urbi miserae uestro de sanguine poenas 805
nempe datis: luitis iugulo sic arma, potentes?
felix Roma quidem ciuesque habitura beatos,
si libertatis superis tam cura placeret
quam uindicta placet. Libycas en nobile corpus

787. *stetit*] 'stood upright'. cf. III 444, 445.

789. *inferiis*] cf. Hor. carm. II i 27 *uictorum nepotes rettulit inferias Iugurthae.*

793. *Africa*] stands here not as usual for the Roman province of Africa, but for the continent, equivalent to Libya. cf. IX 729, 823.

sibi] sc. potius quam Pompeio uel senatui.

795. *permisit*] 'and the dust laid by streams of blood suffered him to see the extent of the disaster'. cf. Verg. G. IV 86, 87 *hi motus animorum atque haec certamina tanta pulueris exigui iactu compressa quiescunt.*

796. *non tulit*] For the account of Curio's death see Caes. B.C. II 42.

798. *uirtute coacta*] 'with valour forced upon him'. cf. note on VII 395.

800. *tribunicia...arte*] 'with a true tribune's skill in speaking'. Cortius followed by Oud. reads *arce*, which would be in apposition with *unde*. Oud. cf. Liv. III 45 *si tribunicium auxilium et prouocationem plebi Romanae...duas arces libertatis tuendae...ademistis.*

signifer] cf. Cic. pro Muren. § 50 *minime timidum et ualde calamitosum esse oportere eum, qui esset futurus dux et signifer calamitosorum.*

801. *quid prodita*] 'what the betrayal of the senate's rights?' i.e. their right to appoint governors of the provinces.

802. *et gener*] Compare the words put into Curio's mouth I 289 *socerum depellere regno decretum genero est.*

gener atque socer] cf. Ov. Met. I 144, 145 *non hospes ab hospite tutus, non socer a genero.*

803. *confert*] equivalent to *committit*, 'matches against each other'.

806. *nempe datis*] 'such no doubt is the penalty ye pay'. Cortius followed by Oud. reads *ferre datis*, comparing IX 104 *poenas animae uiuacis ab ipsa ante feram.*

potentes] cf. I 271.

809. *quam uindicta*] cf. Tac. Hist. I 3 *nec enim umquam atrocioribus populi*

pascit aues nullo contectus Curio busto. 810
at tibi nos, quando non proderit ista silere
a quibus omne aeui senium sua fama repellit,
digna damus, iuuenis, meritae praeconia uitae.
haud alium tanta ciuem tulit indole Roma,
aut cui plus leges deberent recta sequenti. 815
perdita tunc urbi nocuerunt saecula, postquam
ambitus et luxus et opum metuenda facultas
transuerso mentem dubiam torrente tulerunt:
momentumque fuit mutatus Curio rerum
Gallorum captus spoliis et Caesaris auro. 820
ius licet in iugulos nostros sibi fecerit ense
Sulla potens Mariusque ferox et Cinna cruentus
Caesareaeque domus series: cui tanta potestas
concessa est? emere omnes hic uendidit urbem.

Romani cladibus magisue iustis indiciis adprobatum est non esse curae deis securitatem nostram, esse ultionem.

811. *at tibi nos*] Both *tibi* and *nos* from their position are emphatic: I, though a partizan of the senate, will not refuse to give his due to Curio who betrayed it.

quando non proderit] 'since it will not avail to pass by in silence those deeds which their own glory defends against all the decay of time'.

812. *senium*] is always the decay of old age, cf. I 130. Stat. Theb. IX 318 *uestrum opus ire retro et senium defendere famae.* cf. also Tac. H. II 24.

813. *digna*] 'such a panegyric as thy life deserves'.

815. *recta sequenti*] 'had he followed the path of right'.

817. *ambitus*] cf. I 179. Sen. dial. II ii § 2 *Cato...cum ambitu congressus, multiformi malo, et cum potentiae inmensa cupiditate.*

818. *transuerso*] opposed to *recta* 815, supr. 'swept away his wavering mind with sidelong flood'. cf. II 412.

819. *momentumque*] 'and the change of Curio was that which turned the scale of history'. cf. III 337.

821. *ius licet*] 'won with his sword power over our lives'.

823. *Caesareaeque*] 'and all the line of Caesar's house'.

824. *concessa est?*] 'yet to whom was e'er such power granted? all others bought, he alone sold the state'. Some put no interrogation after *concessa est*, thus distinguishing the legal power of the later emperors, but Sulla's dictatorship at all events was equally legal in form.

uendidit] According to the Scholiast Curio is referred to by Verg. Aen. VI 621, 622 *uendidit hic auro patriam dominumque potentem imposuit; fixit leges pretio atque refixit.*

M. ANNAEI LUCANI

PHARSALIAE

LIBER QUINTUS.

ARGUMENT OF BOOK V.

The consuls call a meeting of the Senate in Epirus 1—14. Lentulus proposes tha Pompeius should be appointed to the command of the war 15—48; the allie are thanked and rewarded 49—64. Appius goes to consult the oracle of Delph description of the spot 65—85. Origin and character of the oracle 86—12 Appius compels the priestess to prophesy 120—236. Caesar's troops muti 237—315; he quells the mutiny 316—373. Caesar collects a fleet, returns Rome and assumes the dictatorship 374—402; he crosses over from Brundusi to Epirus 403—461, and encamps opposite Pompeius 462—475. As Anton delays to follow, Caesar crosses over in a small boat to fetch him on a stor night 476—677; his soldiers remonstrate with him on his return 678—7 Antonius crosses with the rest of Caesar's troops 703—721. Pompeius se away his wife Cornelia to Lesbos for safety 722—815.

Sic alterna duces bellorum uolnera passos
in Macetum terras miscens aduersa secundis
seruauit Fortuna pares. iam sparserat Haemo
bruma niues gelidoque cadens Atlantis Olympo:
instabatque dies qui dat noua nomina fastis 5
quique colit primus ducentem tempora Ianum.
dum tamen emeriti remanet pars ultima iuris,

1. *uolnera*] 'disasters'. cf. Tac. Agric. 7 *sequens annus graui uolnere animum domumque eius adflixit.*

2. *in Macetum terras...pares*] 'to meet in strife in the land of Macedon'. cf. note on I 7.

4. *Atlantis*] 'Atlas' daughter sailing from the now cooling sky', i.e. it was late autumn when the Pleiades set. cf. Verg. G. I 221 *ante tibi Eoae Atlantides abscondantur.*

5. *dies*] i.e. the kalends of Jan on which the new consuls ent office.

6. *colit*] The day itself is said to hon Janus, as being the first of the mo named after him.

7. *emeriti*] is explained by *ult* 'that has run its course'. cf. Ov. I III 43, 44 *quo minus emeritis exire c bus annus restabant nitido iam duo s deo.*

consul uterque uagos belli per munia Patres
elicit Epirum. peregrina ac sordida sedes
Romanos cepit proceres: secretaque rerum 10
hospes in externis audiuit curia tectis.
nam quis castra uocet tot strictas iure secures
tot fasces? docuit populos uenerabilis ordo
non Magni partes sed Magnum in partibus esse.
ut primum maestum tenuere silentia coetum, 15
Lentulus excelsa sublimis sede profatur:
indole si dignum Latia, si sanguine prisco
robur inest animis, non qua tellure coacti,
quamque procul tectis captae sedeamus ab urbis,
cernite: sed uestrae faciem cognoscite turbae: 20
cunctaque iussuri primum hoc decernite, Patres,
quod regnis populisque liquet, nos esse senatum.
nam uel Hyperboreae plaustrum glaciale sub Vrsae,
uel plaga qua torrens claususque uaporibus axis
nec patitur noctes nec iniquos crescere soles, 25
si fortuna ferat, rerum nos summa sequetur
imperiumque comes. Tarpeia sede perusta
Gallorum facibus Veiosque habitante Camillo
illic Roma fuit. non umquam perdidit ordo
mutato sua iura solo. maerentia tecta 30
Caesar habet uacuasque domos legesque silentis

8. *uagos belli per munia*] 'dispersed for various warlike duties'.

9. *elicit*] i.e. calls away from their posts to Epirus.

11. *hospes*] 'a foreign senate house'. *curia* is the place of meeting, not, as Weise takes it, the body of senators: for the adjectival use of *hospes* cf. Stat. Silu. V i 252 *manes placidus locat hospite cumba.*

12. *iure*] in opposition to *bello.*

14. *non Magni*] 'that they were not Magnus' partizans, but he was theirs'. Oud. cf. Vell. Pat. II xlix § 2 *consules senatusque causae non Pompeio summam imperi detulerunt.*

partes] cf. Tac. Ann. XVI 7 *obiectatique Cassio quod inter imagines maiorum etiam C. Cassi effigiem coluisset ita inscriptum, duci partium.*

18. *non*] is written here instead of *ne* if *refert* or something to that effect was follow and not an imperative: the use of *non* for *ne* is reckoned by Quintilian I v § 50 as an instance of *soloecismus.*

coacti] cf. note on III 104.

21. *cunctaque iussuri*] 'ye who will issue orders on all things', implying that their orders would be obeyed.

24. *claususque uaporibus axis*] 'the region shut off by heat', i.e. made uninhabitable. cf. Hor. carm. I xxii 21, 22 *pone sub curru nimium propinqui solis in terra domibus negata;* for *clausus* cf. infr. 407, Verg. Aen. I 234 *cunctus ob Italiam terrarum clauditur orbis.*

25. *nec patitur*] 'suffers neither nights nor days to lengthen and become unequal'. *iniquos* is part of the predicate and is to be taken with both *noctes* and *soles.*

26. *si fortuna ferat*] 'should fortune sweep us thither'.

sequetur] 'will attend us'.

30. *solo*] cf. Juv. XI 49 *qui uertere solum Baias et ad ostrea currunt.*

clausaque iustitio tristi fora. curia solos
illa uidet Patres plena quos urbe fugauit.
ordine de tanto quisquis non exsulat hic est.
ignaros scelerum longaque in pace quietos 35
bellorum primus sparsit furor: omnia rursus
membra loco redeunt. en totis uiribus orbis
Hesperiam pensant superi: iacet hostis in undis
obrutus Illyricis: Libyae squalentibus aruis
Curio Caesarei cecidit pars magna senatus. 40
tollite signa, duces: fatorum impellite cursum:
spem uestram praestate deis: fortunaque tantos
det nobis animos, quantos fugientibus hostem
causa dabat. nostrum exhausto ius clauditur anno:
uos, quorum finem non est sensura potestas, 45
consulite in medium, Patres, Magnumque iubete
esse ducem. laeto nomen clamore senatus
excipit: et Magno fatum patriaeque suomque
imposuit. tunc in reges populosque merentis
sparsus honos, pelagique potens Phoebeia donis 50
exornata Rhodos gelidique inculta iuuentus
Taygeti: fama ueteres laudantur Athenae:
Massiliaeque suae donatur libera Phocis.

32. *iustitio*] cf. note on II 17.

33. *plena quos*] 'whom it drove from the city ere it was deserted', i.e. whom it declared public enemies.

34. *quisquis non exsulat*] i.e. implying that the senators who had submitted to Caesar were the real exiles, as having lost their rights; compare the language of the democratic party at Samos during the usurpation of the four hundred at Athens, Thuc. VIII 76 ὡς οὐ δεῖ ἀθυμεῖν ὅτι ἡ πόλις αὐτῶν ἀφέστηκε. cf. also Ov. Trist. V x 37 *barbarus hic ego sum quia non intelligor ulli.*

35. *ignaros scelerum*] 'ignorant of civil war' and so unprepared for it.

37. *loco*] dative, 'to their place'.

38. *Hesperiam pensant*] 'make up for the loss of Italy', not 'of Spain' as Weise takes it.

39. *Libyae*] cf. I 205, 206.

41. *fatorum impellite cursum*] 'hasten on the course of destiny'. cf. infr. 108, VII 452.

42. *spem uestram*] 'give the gods a warrant for your hopes', i.e. by following them up in action.

44. *causa*] 'the justice of your cause'.

exhausto...anno] 'at the close of the year'. cf. Tac. Hist. IV 29 *sic exhausto nocte nouam aciem dies aperuit.*

45. *non est sensura*] 'will not be subject to'. cf. Plin. H. N. VIII § 68 *rabiem et ipsae (camelí) sentiunt.* See also note on II 598.

46. *in medium*] 'for the common weal', cf. Verg. G. I 127 *in medium quaerebant.* cf. note on I 89.

49. *imposuit*] 'laid on Pompeius the burden of their own and their country's fate', a stronger word than *commisit.* cf. Cic. pro Sest. § 60 *nec illi committendum illud negotium sed imponendum putarunt.*

50. *honos*] 'honorary votes'.

Phoebeia] Rhodes was sacred to the sun with whom Apollo was identified in later times. cf. Pindar Olym. VII 54 foll.

51. *inculta*] 'rugged': the Laconians are meant.

52. *fama ueteres*] 'of ancient renown'.

53. *Massiliaeque suae*] 'and the free-

tum Sadalen, fortemque Cotyn, fidumque per arma
Deiotarum, et gelidae dominum Rhasipolin orae 55
collaudant: Libyamque iubent auctore senatu
sceptrifero parere Iubae. pro tristia fata:
en tibi, non fidae gentis dignissime regno,
Fortunae, Ptolemaee, pudor crimenque deorum,
cingere Pellaeo pressos diademate crines 60
permissum. saeuom in populos, puer, accipis ensem:
atque utinam in populos. donata est regia Lagi,
accessit Magni iugulus: regnumque sorori
ereptum est soceroque nefas. iam turba soluto
arma petit coetu. quae cum populique ducesque 65
casibus incertis et caeca sorte pararent,
solus in ancipites metuit descendere Martis
Appius euentus: finemque expromere rerum
sollicitat superos, multosque obducta per annos
Delphica fatidici reserat penetralia Phoebi. 70
Hesperio tantum quantum submotus Eoo
cardine Parnasus gemino petit aethera colle,
mons Phoebo Bromioque sacer: cui numine mixto

dom of Phocis is granted as a reward to her colony Massilia'. For the confusion between Phocis and Phocaea cf. III 340.

57. *sceptrifero*] i.e. ut et rex diceretur. Schol.

58. *non fidae*] cf. Propert. III xi 33 *uxia Alexandrea dolis aptissima tellus*, also the letter of Hadrian (which is of doubtful authenticity) quoted in Vopiscus' Life of Firmius Saturninus, cap. VIII *Aegyptum quam mihi laudabas, Seruiane carissime, totam didici leuem pendulam et ad omnia famae momenta uolitantem.*

59. *Fortunae...pudor*] 'scandal of Fortune'.

crimen] i.e. propter quem di incusantur. cf. II 288.

60. *Pellaeo*] sc. Alexander's diadem.

pressos] may perhaps be taken with *diademate*, i.e. *cingere et premere*, but it seems better to explain it as 'piled in layers' as a mark of effeminacy, cf. Juv. VI 502 *tot premit ordinibus tot adhuc compagibus altum aedificat caput.*

62. *in populos*] i.e. in populos solum.

63. *sorori*] sc. Cleopatra, who had been appointed joint sovereign of Egypt with her brother by the will of their father Ptolemaeus Auletes.

64. *socero*] i.e. Caesar, who would have killed Pompeius had not Ptolemaeus done so.

66. *casibus*] 'ignorant of the result and blind to their future fate'.

69. *multosque obducta*] cf. Juv. VI 555 *quoniam Delphis oracula cessant et genus humanum damnat caligo futuri.*

71. *submotus*] 'distant', equivalent to *remotus*. cf. Verg. Aen. VIII 193 *hic spelunca fuit uasto submota sub antro semihominis Caci.* Delphi was supposed to be the centre of the earth, cf. Pindar Pyth. IV 131, 132 *μάντευμα πὰρ μέσον ὀμφαλὸν εὐδένδρου ῥηθὲν ματέρος.* Aesch. Eumen. 40 *ὁρῶ δ' ἐπ' ὀμφαλῷ μὲν ἄνδρα θεομυσῆ.* Strabo IX iii § 5 (419).

72. *cardine*] cf. note on IV 73.

gemino] cf. III 173.

73. *Bromio*] i.e. Baccho.

cui] i.e. *monti*, 'whereto the Bacchae bring back their triennial festivals', i.e. whereon they celebrate their festivals every third year.

numine mixto] 'in honour of the two gods combined'.

Delphica Thebanae referunt trieterica Bacchae.
hoc solum fluctu terras mergente cacumen 75
emicuit, pontoque fuit discrimen et astris.
tu quoque uix summam seductus ab aequore rupem
extuleras unoque iugo, Parnase, latebas.
ultor ibi expulsae premeret cum uiscera partus
matris adhuc rudibus Paean Pythona sagittis 80
explicuit, cum regna Themis tripodasque teneret.
ut uidit Paean uastos telluris hiatus
diuinam spirare fidem uentosque loquaces
exhalare solum, sacris se condidit antris,
incubuitque adyto uates ibi factus Apollo. 85
quis latet hic superum? quod numen ab aethere pressum
dignatur caecas inclusum habitare cauernas?
quis terram caeli patitur deus, omnia cursus
aeterni secreta tenens mundique futuri
conscius, ac populis sese proferre paratus, 90
contactusque ferens hominum magnusque potensque,
siue canit fatum, seu quod iubet ille canendo
fit fatum? forsan terris inserta regendis

75. *hoc solum*] cf. Ov. Met. I 316—319 *mons ibi uerticibus petit arduus astra duobus, nomine Parnasus, superatque cacumine nubes. hic ubi Deucalion, nam cetera texerat aequor, cum consorte tori parua rate uectus adhaesit.*

76. *emicuit*] 'shot up'.

discrimen] 'and was all that separated the sea and the stars'. cf. Verg. Aen. IX 142—144 *quibus haec medii fiducia ualli fossarumque morae leti discrimina parua dant animos.* Ov. ex Ponto I viii 61, 62 *unde sed hoc nobis, minimum quos inter et hostem discrimen murus clausaque porta facit?*

77. *tu quoque*] i.e. yet even Parnassus scarcely raised its peak above the waves, and then only one of the two.

79. *expulsae premeret*] 'driven out when on the verge of childbirth'.

80. *rudibus*] 'unpractised'.

81. *explicuit*] 'laid low'. cf. note on IV 629.

Themis] cf. Aesch. Eumen. 2—4 ἐκ δὲ τῆς Θέμιν ἡ δὴ τὸ μητρὸς δευτέρα τόδ' ἔζετο μαντεῖον.

83. *diuinam*] 'breathed forth god-given certainty, and that the ground exhaled speaking airs'. cf. Strabo IX iii (419) φασὶ δ' εἶναι τὸ μαντεῖον ἄντρον κα κατὰ βάθους οὐ μάλα εὐρύστομον, ἀναφέρε δὲ ἐξ αὐτοῦ πνεῦμα ἐνθουσιαστικόν.

85. *uates ibi factus*] 'and there bec a seer'.

86. *pressum*] 'forced down f heaven'. cf. Verg. G. II 26 *silwarum aliae pressos propaginis arcus expectan*

88. *omnia cursus*] 'comprehendin the secrets of the eternal course of thi and conscious of the future of the worl

91. *contactusque ferens*] Oud. cf. de benef. IV xix § 2 *hunc igitur insaep ingenti quidem et inexplicabili muro sumque a contactu et a conspectu m lium non habes quare uerearis*, in w passage Seneca is arguing against the cureans.

93. *forsan*] 'maybe some great tion of entire Jove, enclosed in the to guide it, which holds the round w balanced in the empty air, finds an through the caves of Cirrha and is d forth still united to the Thunderc high'. The reference is to the doctrine of the *anima mundi*, cf. IX —580, Verg. Aen. VI 724—734.

aere libratum uacuo quae sustinet orbem
totius pars magna Iouis Cirrhaea per antra 95
exit et aetherio trahitur conexa Tonanti.
hoc ubi uirgineo conceptum est pectore numen
humanam feriens animam sonat oraque uatis
soluit; ceu Siculus flammis urgentibus Aetnam
undat apex: Campana fremens ceu saxa uaporat 100
conditus Inarimes aeterna mole Typhoeus.
hoc tamen expositum cunctis nullique negatum
numen ab humani solum se labe furoris
uindicat. haud illic tacito mala uota susurro
concipiunt. nam fixa canens mutandaque nulli, 105
mortales optare uetat: iustisque benignus
saepe dedit sedem totas mutantibus urbes,
ut Tyriis: dedit ille minas impellere belli,
ut Salaminiacum meminit mare: sustulit iras

94. *sustinet*] Cf. Eur. Troad. 884—887 ὦ γῆς ὄχημα κἀπὶ γῆς ἔχων ἕδραν, ὅστις ποτ' εἶ σὺ δυστόπαστος εἰδέναι, Ζεύς, εἴτ' ἀνάγκη φύσεος εἴτε νοῦς βροτῶν, προσηυξάμην σε.

96. *trahitur*] i.e. from the cave, rather than as the Scholiast takes it 'down from heaven'.

98. *humanam*] 'it smites the human soul and thus finds utterance'.

99. *ceu Siculus*] The comparison seems to be between the violence with which the oracles are forced out of the priestess and that of the eruption of Aetna. cf. infr. 118 foll., Verg. Aen. VI 77—80.

100. *undat*] cf. Verg. G. I 471 *quotiens Cyclopum efferuere in agros uidimus undantem ruptis fornacibus Aetnam.*

101. *Inarimes*] cf. Verg. Aen. IX 716, 717 *tum sonitu Prochyta alta tremit magnumque cubile Inarime Iouis imperiis imposta Typhoeo.*

102. *expositum*] 'easy of access'. cf. Plin. Epp. I x § 2 *est enim* (*Euphrates*) *obuius et expositus plenusque humanitate quam praecipit.* Stat. Silu. V iii 246 *quid referam expositos seruato pondere mores?*

103. *furoris*] 'wickedness' generally, perhaps with a reference to the Stoic doctrine, cf. Hor. Sat. II iii 41—44 *quem mala stultitia et quemcunque inscitia ueri caecum agit insanum Chrysippi porticus et grex autumat; haec populos haec magnos formula reges excepto sapiente tenet.*

104. *tacito*] cf. Pers. II 5—7 *at bona pars procerum tacita libabit acerra; haud cuiuis promptum est murmurque humilesque susurros tollere de templis et aperto uiuere uoto.*

mala uota] Compare the story of the Spartan Glaucus in Herod. VI 86, Juv. XIII 199—207.

105. *concipiunt*] 'do men formulate'. cf. Ov. Met. VII 593, 594 *dum uota sacerdos concipit;* so *conceptis uerbis* means 'in a set form of words'. cf. Petron. 113 *iurat Eumolpus uerbis conceptissimis.*

106. *optare*] i.e. to pray for any change by bribing the gods, cf. Pers. II 29, 30 *aut quidnam est qua tu mercede deorum emeris auriculas? pulmone et lactibus unctis?*

108. *ut Tyriis*] Weise refers to Diodor. Sic. XXV 2; the Tyrians having consulted the oracle in consequence of the earthquakes from which they suffered, cf. III 217, were ordered to found colonies.

minas impellere belli] i.e. fortiter et ultro bellum facere contra hostes, cf. supr. 41 *fatorum impellite cursum* Weise. If this be the right explanation it must refer to the encouragement given to the Athenians by the oracle as interpreted by Themistocles. cf. Herod. VII 140—143. Another way would be to take *minas impellere belli* as 'to strike down the threats of war', i.e. 'the threatening foe'. cf. 757 infr., I 149, VIII 707.

109. *meminit*] 'testifies'.

telluris sterilis monstrato fine: resoluit 110
aera tabificum. non ullo saecula dono
nostra carent maiore deum quam Delphica sedes
quod siluit, postquam reges timuere futura
et superos uetuere loqui. nec uoce negata
Cirrhaeae maerent uates, templique fruuntur 115
iustitio. nam si qua deus sub pectora uenit,
numinis aut poena est mors immatura recepti
aut pretium: quippe stimulo fluctuque furoris
compages humana labat pulsusque deorum
concutiunt fragiles animas. sic tempore longo 120
immotos tripodas uastaeque silentia rupis
Appius Hesperii scrutator ad ultima fati
sollicitat. iussus sedes laxare uerendas
antistes pauidamque deis immittere uatem
Castalios circum latices nemorumque recessus 125
Phemonoen errore uagam curisque uacantem
corripuit cogitque fores irrumpere templi.
limine terrifico metuens consistere Phoebas
absterrere ducem noscendi ardore futura
cassa fraude parat. quid spes, ait, improba ueri 130

110. *monstrato*] cf. Verg. G. IV 549 *monstratas excitat aras.*

fine] cf. Hor. Epod. XVII 36 *quae finis aut quod me manet stipendium?*

resoluit] 'has dispersed unwholesome air'.

111. *non ullo*] 'in no way has our age lost a greater gift of heaven than in the fact that the Delphic temple has been silent'.

114. *nec uoce*] 'nor do Cirrha's priestesses grieve that utterance is forbidden, but enjoy the temple's idleness'. *que* is here disjunctive.

116. *sub pectora*] cf. Verg. Aen. VI 77—80 *at Phoebi nondum patiens immanis in antro bacchatur uates, magnum si pectore possit excussisse deum; tanto magis ille fatigat os rabidum fera corda domans fingitque domando.*

118. *aut pretium*] referring to the story of Cleobis and Biton in Herod. I 31.

quippe stimulo] For the lengthening of the short *e* before *st* cf. Catul. LXIV 186 *nulla fugae ratio, nullà spes, omnia muta.*

fluctu] 'surging tide'. cf. Catul. LXIV 97, 98 *qualibus incensam iactastis mente puellam fluctibus.*

119. *compages*] 'the human frame is shaken'. cf. the use of *crates* in Verg. Aen. XII 508 *transadigit costas et crates pectoris ensem.*

120. *concutiunt*] 'shatter', the metaphor is apparently from the wind breaking the branches of a tree.

122. *ad ultima*] is to be taken with *scrutator*, 'prying into the fate of Italy to the furthest point'.

124. *deis immittere*] 'to send in to visit the gods'. cf. Verg. Aen. VI 50, 51 *afflatus est numine quando iam propiore dei.* Ovid. cf. Sil. Ital. I 124 *intrauit mentes superum* (*sacerdos*).

126. *Phemonoen*] This was said to have been the name of the first Pythian priestess, cf. Strabo IX iii § 5 (419).

uagam curisque uacantem] cf. Hor. carm. I xxii 10, 11 *ultra terminum curis uagor expeditis.*

130. *improba*] 'excessive', 'unprincipled'.

te, Romane, trahit? muto Parnasus hiatu
conticuit pressitque deum: seu spiritus istas
destituit fauces mundique in deuia uersum
duxit iter: seu barbarica cum lampade Python
arsit in immensas cineres abiere cauernas 135
et Phoebi tenuere uiam: seu sponte deorum
Cirrha silet, fatique sat est arcana futuri
carmine longaeuae uobis commissa Sibyllae:
seu Paean solitus templis arcere nocentis
ora quibus soluat nostro non inuenit aeuo. 140
uirginei patuere doli fecitque negatis
numinibus metus ipse fidem. tum torta priores
stringit uitta comas crinesque in terga solutos
candida Phocaica complectitur infula lauro.
haerentem dubiamque premens in templa sacerdos 145
impulit. illa pauens adyti penetrale remoti
fatidicum prima templorum in parte resistit:
atque deum simulans sub pectore ficta quieto

132. *pressitque deum*] 'and has stifled the god'.

133. *mundique in deuia*] Weise quotes from Marcianus Capella I *licet inde* (*ex Phocide*) *quoque ad Indici montis secretum obumbratumque scopulum nube perpetua posterius migrasse* (*Apollinem*) *perhibebant*.

134. *barbarica*] i.e. when the temple was plundered by the Gauls under Brennus, according to Grotius; but it appears from Pausanias I § 11 that they were not successful in their attack on the temple. Micyllus suggests that the temple may have suffered in the Mithridatic war. Weise suggests that it had been last burnt by the Thracians.

135. *abiere*] 'penetrated'.

136. *et Phoebi*] 'and so choked Phoebus' passage'.

137. *fatique sat est*] 'and it suffices that the secrets of future destiny have been entrusted to you in the aged Sibyl's strains'. *esse* is omitted after *commissa*, as the Scholiast explains. Most MSS. read *carmina*, which would have to be taken as *arcana carmina commissa esse;* but as Weise remarks, arcana committuntur non carmina. For *sat est* Oud. cf. Verg. Ecl. VII 33, 34 *sinum lactis et haec te liba Priape quotannis exspectare sat est*.

139. *arcere nocentis*] Compare the complaint of the Furies against Apollo in Aesch. Eum. 169 ἐφεστίῳ δὲ μάντις ὢν μιάσματι μυχὸν ἔχρανας αὐτόσυτος αὐτόκλητος.

140. *ora quibus soluat*] i.e. *homines quibus ora sua soluat*, 'men who deserve that he should unlock his lips to answer them'. cf. IX 554—557.

141. *uirginei*] i.e. *uirginis Phemonoes*, not 'maidenly' generally; compare the use of *uirilis* in Ov. Met. III 189 *uoltumque uirilem perfudit* i.e. *uiri Actaeonis* mentioned before.

fecitque] 'the fear which she betrayed caused belief in the gods whose power she denied', i.e. showed that she herself did not believe in the cessation of the oracle. Weise's explanation, *extorsit oraculum* is clearly wrong.

144. *infula*] cf. Verg. Aen. X 537, 538 *Phoebi Triuiaeque sacerdos, infula cui sacra redimibat tempora uitta*, on which Servius remarks, *infula, fascia in modum diadematis a qua uittae ab utraque parte dependent: quae plerumque lata est, plerumque tortilis, ex albo et cocco*.

146. *pauens*] 'shrinking from the oracular recess in the inmost shrine'.

148. *sub pectore*] 'invented in the depths of an uninspired breast'.

uerba refert nullo confusae murmure uocis
instinctam sacro mentem testata furore, 150
haud aeque laesura ducem cui falsa canebat
quam tripodas Phoebique fidem. non rupta trementi
uerba sono, nec uox antri complere capacis
sufficiens spatium, nulloque horrore comarum
excussae laurus immotaque culmina templi 155
securumque nemus ueritam se credere Phoebo
prodiderant. sentit tripodas cessare, furensque
Appius, et nobis meritas dabis, impia, poenas,
et superis quos fingis, ait, nisi mergeris antris,
deque orbis trepidi tanto consulta tumultu 160
desinis ipsa loqui. tandem conterrita uirgo
confugit ad tripodas uastisque abducta cauernis
haesit et insueto concepit pectore numen,
quod non exhaustae per tot iam saecula rupis
spiritus ingessit uati; tandemque potitus 165
pectore Cirrhaeo non umquam plenior artus
Phoebados irrupit Paean: mentemque priorem
expulit atque hominem toto sibi cedere iussit
pectore. bacchatur demens aliena per antrum
colla ferens, uittasque dei Phoebeaque serta 170
erectis discussa comis per inania templi

149. *nullo confusae*] 'which do not by their muttering and indistinct utterance bear witness that her mind is inspired with sacred frenzy'.

150. *testata*] This word and *laesura* might be taken either as accusative referring to *uerba*, or as nominative referring to the priestess: the former seems preferable.

151. *haud aeque laesura*] i.e. which would cause less damage to Appius than discredit to Apollo.

152. *non rupta*] 'did not burst forth'. cf. Verg. Aen. II 416 *aduersi rupto ceu quondam turbine uenti confligunt.*

154. *nulloque horrore*] 'nor were the wreaths of bay shaken off by the bristling of her hair'.

157. *cessare*] 'lay idle', 'were unused'. Weise compares the use of *cessare* as applied to land, 'to lie fallow'. cf. Verg. G. I 71 *alternis idem tonsas cessare nouali*s.

161. *ipsa*] 'of thine own motion', ipsius inuenta, non dei. Weise.

163. *haesit*] 'remained there'.

insueto] not equivalent to *desueto* as had never been inspired before. cf. st 117.

164. *quod non—uati*] 'which the pour of the rock...breathed into the pr tess' frame'.

166. *pectore Cirrhaeo*] i.e. 'worth Apollo'.

non umquam] 'never with fuller stre forced a way into the priestess' frame'. IV 122.

168. *hominem*] 'human nature'. Verg. Aen. II 591 *confessa deam.*

169. *aliena*] i.e. not under her control. cf. Hor. Sat. II iii 72 *malis ri tem alienis* according to one interpreta

170. *uittasque dei*] 'and with the lets of the god and Phoebus' garl shaken off as her hair stood on end'. 336 *cineresque ingesta sepulcri.*

ceruice rotat, spargitque uaganti
; tripodas, magnoque exaestuat igni,
e, Phoebe, ferens. nec uerbere solo
stimulis flammasque in uiscera mergis: 175
:t frenos: nec tantum prodere uati
ı scire licet. uenit aetas omnis in unam
m: miserumque premunt tot saecula pectus.
ıtet rerum series atque omne futurum
ı lucem: uocemque petentia fata 180
r: non prima dies non ultima mundi
lus oceani numerus non deerat harenae.
Euboico uates Cumana recessu,
a suom multis seruire furorem
, ex tanta fatorum strage superba 185
t Romana manu. sic plena laborat
oe Phoebo, dum te, consultor operti
tellure dei, uix inuenit, Appi,
a diu quaerens tam magna latentem.
tum primum rabies uaesana per ora 190
t gemitus, et anhelo clara meatu
a: tum maestus uastis ululatus in antris,
eque sonant domita iam uirgine uoces:

. I 566, Val. Flac. I 208, *mamque per auras surrotat.*
ntra se habens. Weise.
] 'nor dost thou ply the ad, and plunge thy fires ast; she has to bear the cf. Verg. Aen. VI 100, *enti concutit et stimulos Apollo.*
um] 'nor is the priestess l all she is suffered to
tas] 'all future time gast heap'.
'struggles to the light'. Ponto II vii 27 *et quot ur in aera pennis.*
tia] 'vie in seeking utter-
ceani] 'the compass of
The point of comparison ut probably *talis* implies uggle'. The simile is a very strange one, as one prophetess is compared to another.

Euboico] Cumae was founded by settlers from Cyme in Aeolis and from Chalcis in Euboea. cf. Strabo V 4 (243). See also Verg. Aen. VI 2.

184. *indignata*] 'disdaining that her frenzy should be at the service of many nations'. cf. I 319 *iussam seruire famem.*

185. *ex tanta*] 'out of so great a heap of destinies she picked out those of Rome with prideful hand'.

187. *te*] sc. *tua fata.*

189. *inter fata*] 'long searching for thee concealed amid so many mighty fates'.

190. *tum*] i.e. when she had found the fate of Appius.

191. *anhelo clara*] 'murmurs uttered loudly with panting breath'.

meatu] i.e. respiration. cf. Plin. Epp. VI xvi § 13 *meatus animae qui illi propter amplitudinem corporis grauior et sonantior erat.*

193. *extremae*] 'at last'.

domita] cf. Verg. Aen. VI 79, 80.

effugis ingentis tanti discriminis expers
bellorum, o Romane, minas: solusque quietem 195
Euboici uasta lateris conualle tenebis.
cetera subpressit faucesque obstruxit Apollo.
  custodes tripodes fatorum arcanaque mundi,
tuque potens ueri, Paean, nullumque futuri
a superis celate diem, suprema ruentis 200
imperii caesosque duces et funera regum
et tot in Hesperio collapsas sanguine gentes
cur aperire times? an nondum numina tantum
decreuere nefas? et adhuc dubitantibus astris
Pompeii damnare caput tot fata tenentur? 205
uindicis an gladii facinus poenasque furoris
regnaque ad ultores iterum redeuntia Brutos
ut peragat Fortuna, taces? tum pectore uatis
impactae cessere fores expulsaque templis
prosiluit: perstat rabies; nec cuncta locutae, 210
quem non emisit, superest deus. ille feroces
torquet adhuc oculos totoque uagantia caelo
lumina, nunc uoltu pauido nunc torua minaci:
stat numquam facies: rubor igneus inficit ora
liuentisque genas: nec qui solet esse timenti 215
terribilis sed pallor inest: nec fessa quiescunt
corda, sed ut tumidus Boreae post flamina pontus

194. *effugis*] obscure mortem denuntiat; nam in Euboea iste periit, in ciuitate Chalcide. Schol. cf. Val. Max. I viii § 10 where the oracle is given thus, *nihil ad te hoc Romane bellum; Euboeae coela* (κοῖλα) *obtinebis*.

195. *solus*] 'by thyself', i.e. he was not to die in battle, but by a natural death.

199. *potens ueri*] 'master of the truth'.

200. *celate*] 'from whom no future day is hidden by the gods above'. cf. Tibull. I viii 1, 2 *non ego celari possim quid nutus amantis, quidue ferant miti lenia uerba sono.*

202. *et tot*] 'and the ruin of so many nations in the bloodshed of the west', i.e. referring to the battle of Munda; cf. I 40.

205. *tenentur*] 'are held in suspense'.

206. *uindicis an gladii*] 'or art thou silent in order that fate may carry out the deed of the avenging sword, the punishment for civil strife, and tyranny again coming round to find its avenger in the line of Brutus?' i.e. lest if the deed of Brutus were known beforehand it should be prevented.

210. *nec*] i.e. *et non*, 'as she had not uttered all she knew'.

211. *ille*] So Oud. with most MSS and the Scholiast, who explains it of Apollo, who had taken complete possession of the priestess. Weise reads *illa*.

212. *totoque*] 'and her eyes which now wander vaguely over the whole sky; she looks terrified, now glare as she looks threatening'.

214. *stat*] Oud. cf. Sil. Ital. XV [illegible] *stans uoltus* in a description of Virtus.

216. *nec fessa*] 'nor can her weary heart find any rest', i.e. from throbbing

rauca gemit; sic muta leuant suspiria uatem.
dumque a luce sacra, qua uidit fata, refertur
ad uolgare iubar mediae uenere tenebrae. 220
immisit Stygiam Paean in uiscera Lethen,
qua raperet secreta deum. tum pectore uerum
fugit et ad Phoebi tripodas rediere futura:
uixque refecta cadit. nec te uicinia leti
territat ambiguis frustratum sortibus, Appi: 225
iure sed incerto mundi subsidere regnum
Chalcidos Euboicae, uana spe rapte, parabas.
heu demens, nullum belli sentire fragorem,
tot mundi caruisse malis, praestare deorum
excepta quis morte potest? secreta tenebis 230
litoris Euboici, memorando condite busto,
qua maris angustat fauces saxosa Carystos,
et tumidis infesta colit qua numina Rhamnus,
artatus rapido feruet qua gurgite pontus,
Euripusque trahit cursum mutantibus undis 235
Chalcidicas puppes ad iniquam classibus Aulin.
interea domitis Caesar remeabat Hiberis
uictrices aquilas alium laturus in orbem:
cum prope fatorum tantos per prospera cursus
auertere dei. nullo nam Marte subactus 240
intra castrorum timuit tentoria ductor
perdere successus scelerum: cum paene fideles

218. *rauca gemit*] 'booms hoarsely'. Verg. Aen. IX 124 *cunctatur et amnis rauca sonans.*

muta] 'inarticulate' not 'silent', cf. Hor. Ep. I iii 99, 100 *cum prorepserunt primis animalia terris mutum ac turpe pecus.*

220. *uolgare iubar*] 'the light of common day'.

mediae] i. e. inter statum furoris diuini et receptae mentis humanae. Weise.

223. *futura*] i.e. the knowledge of the future.

224. *uicinia leti*] 'the near approach of death'. cf. IV 518, Petron. 115 *mirati quod non uacaret in uicinia mortis poema facere.*

226. *iure sed incerto*] 'but while it was uncertain who should rule the world'.

subsidere] 'to lie in wait for'. cf. Verg. Aen. XI 268 *deuictam Asiam subsedit adul-*; Sil. Ital. XIII 221 *subsidere saepe leonem.*

229. *praestare*] 'what god can ensure thee this save death alone?'

232. *saxosa*] Carystos was famed for its marble quarries.

233. *tumidis*] 'the proud'. cf. II 672, Sen. de benef. II xvi § 2 *tumidissimum animal* (*Alexander*).

numina] i. e. *Nemesis*. cf. Catul. LXV 71 *pace tua fari haec liceat Rhamnusia uirgo.*

235. *cursum*] The tides in the Euripus were said to ebb and flow seven times in the twenty-four hours. cf. Plin. H. N. II § 219.

240. *auertere*] 'turned aside', i. e. from their prosperous course to a worse, cf. Verg. Ecl. VIII 66 *coniugis ut magicis sanos auertere sacris experiar sensus.*

242. *paene*] to be taken with *destituere*; for the position of this word cf. note on II 136.

per tot bella manus satiatae sanguine tandem
destituere ducem: seu maesto classica paulum
intermissa sono claususque et frigidus ensis 245
expulerat belli furias: seu praemia miles
dum maiora petit damnat causamque ducemque,
et scelere imbutos etiam nunc uenditat enses.
haud magis expertus discrimine Caesar in ullo est
quam non e stabili tremulo sed culmine cuncta 250
despiceret, staretque super titubantia fultus:
tot raptis truncus manibus gladioque relictus
paene suo, qui tot gentes in bella trahebat,
scit non esse ducis strictos sed militis enses.
non pauidum iam murmur erat nec pectore tecto 255
ira latens: nam quae dubias constringere mentes
causa solet, dum quisque pauet quibus ipse timori est,
seque putat solum regnorum iniusta grauari,
haud retinet. quippe ipsa metus exsoluerat audax
turba suos. quidquid multis peccatur inultum est. 260
effudere minas: liceat discedere, Caesar,
a rabie scelerum. quaeris terraque marique
his ferrum iugulis animasque effundere uiles
quolibet hoste paras: partem tibi Gallia nostri
eripuit: partem duris Hispania bellis: 265

244. *maesto*] because in civil war.

245. *frigidus*] nullo sanguine calefactus. Schol.

247. *damnat*] 'disapproves'. cf. VIII 328.

248. *uenditat*] 'offers for sale'. cf. Plin. Epp. I xxiv § 1 *Tranquillus uolt emere agellum quem uenditare amicus tuus dicitur.*

249. *haud magis*] 'never in any crisis did Caesar more surely experience how he looked down on all the world from no secure position, but with the height trembling beneath his feet, while he stood supported upon a rocking platform'.

250. *culmine*] i.e. the height to wh.c he had mounted, cf. VII 594.

252. *truncus*] 'maimed'; the soldiers are regarded as the hands of the general. cf. infr. 311.

gladioque] 'and abandoned almost to his own sword alone'. cf. Ov. Met. XIV 217 *leto poenaeque relictus.*

254. *strictos*] 'learns that swords when once drawn are not the general's but t soldier's'.

256. *constringere*] 'to curb'.

257. *dum quisque*] 'while each fe those to whom he is himself a terror', i his comrades owing to their mutual d trust, cf. Thuc. VIII 66.

258. *seque putat*] 'and thinks that alone is indignant at the injustice tyranny, cf. VII 284.

259. *quippe ipsa*] 'in fact the v number of the daring multitude had pelled their fears'.

260. *quidquid multis*] Oud. cf. S dial. IV x § 4 *in singulos seueritas imp toris distringitur; at necessaria uenia ubi totus deseruit exercitus. quid tollit i sapientis? turba peccantium. intellegit q et iniquom sit et periculosum irasci pu uitio.*

263. *his ferrum iugulis*] 'a swor pierce these throats', i.e. and nothing

uiles] 'worthless in your eyes'.

pars iacet Hesperia: totoque exercitus orbe
te uincente perit. terris fudisse cruorem
quid iuuat Arctois Rhodano Rhenoque subactis?
tot mihi pro bellis bellum ciuile dedisti.
cepimus expulso patriae cum tecta senatu, 270
quos hominum uel quos licuit spoliare deorum?
imus in omne nefas manibus ferroque nocentes,
paupertate pii. finis quis quaeritur armis?
quid satis est si Roma parum? iam respice canos
inualidasque manus et inanes cerne lacertos. 275
usus abit uitae; bellis consumpsimus aeuom:
ad mortem dimitte senes. en improba uota:
non duro liceat morientia caespite membra
ponere, non anima glaebam fugiente ferire,
atque oculos morti clausuram quaerere dextram, 280
coniugis illabi lacrimis, unique paratum
scire rogum. liceat morbis finire senectam:
sit praeter gladios aliquod sub Caesare fatum.
quid uelut ignaros ad quae portenta paremur
spe trahis? usque adeo soli ciuilibus armis 285

269. *tot mihi*] 'as the reward for so many wars you have given me civil war'.

271. *quos hominum*] i.e. Caesar had not allowed any plundering on the part of the soldiers when Rome submitted to him.

273. *paupertate pii*] 'absolved from guilt by our poverty', i.e. 'though we are guilty of bloodshed yet as we have gained nothing by it we are so in a measure innocent'.

275. *inanes*] 'thin', 'feeble'. cf. Ov. Met. XV 229—231 *fletque Milon senior cum spectat inanes illos, qui fuerant solidorum mole tororum Herculeis similes, fluidos pendere lacertos.* Cortius suggested *carne* for *cerne*: this reading is defended by Mr Robinson Ellis in the Journal of Philology, Vol. XIV p. 89, but the passage quoted above from Ovid seems to me to confirm the received text, and tautologies such as *respice* and *cerne* are sufficiently common in Lucan.

277. *senes*] Compare the account of the mutiny of Germanicus' soldiers in Tac. Ann. I 34 *et quidam prensa manu eius per speciem exosculandi inseruerunt digitos, ut uacua dentibus ora contingeret; alii curuata senio membra ostendebant.*

improba] ironically, 'outrageous', 'excessive'.

278. *non duro*] 'let us be suffered not to lay our dying limbs on the hard turf, not, as our breath flies from us, to strike (i.e. with our head) the bare clod'. sc. let us die in our beds, not in the camp.

279. *glaebam*] This is the reading adopted by Weise, which is found in some MSS. *galeam* which Oud. retains has apparently better authority, but it is not easy to assign any satisfactory meaning to it.

ferire] cf. Propert. V vii 25 *laesit et obiectum tegula curta caput.*

280. *morti*] 'for our death', i.e. when dying.

quaerere] 'to look in vain for'; cf. Cic. in Verrem act II lib. iii § 47 *campus Leotinus...sic erat deformis atque horridus ut in uberrima Siciliae parte Siciliam quaereremus.*

281. *coniugis illabi*] i.e. *sed illabi liceat.* For the omission of the adversative cf. II 86.

uni] i.e. instead of the numbers buried together in one grave on the battlefield, cf. VII 803 *petimus non singula busta.*

284. *portenta*] 'horrors'.

nescimus cuius sceleris sit maxima merces?
nil actum est bellis si nondum comperit istas
omnia posse manus. nec fas nec uincula iuris
hoc audere uetant. Rheni mihi Caesar in undis
dux erat, hic socius. facinus quos inquinat aequat. 290
adde quod ingrato meritorum iudice uirtus
nostra perit. quidquid gerimus fortuna uocatur.
nos fatum sciat esse suom. licet omne deorum
obsequium speres: irato milite, Caesar,
pax erit. haec fatus, totis discurrere castris 295
coeperat infestoque ducem deposcere uoltu.
sic eat, o superi, quando pietasque fidesque
destituunt moresque malos sperare relictum est;
finem ciuili faciat discordia bello.
quem non ille ducem potuit terrere tumultus? 300
fata sed in praeceps solitus demittere Caesar
fortunamque suam per summa pericula gaudens
exercere uenit: nec dum desaeuiat ira
exspectat: medios properat temptare furores.
non illis urbes spoliandaque templa negasset 305
Tarpeiamque Iouis sedem matresque senatus
passurasque infanda nurus. uolt omnia certe
a se saeua peti, uolt praemia Martis amari:
militis indomiti tantum mens sana timetur.
non pudet heu, Caesar, soli tibi bella placere 310
iam manibus damnata tuis? hos ante pigebit
sanguinis? his ferri graue ius erit? ipse per omne

286. *cuius sceleris*] i.e. the murder of Caesar, their own leader.

287. *comperit*] i.e. *miles qui bella gerit.*
istas] 'these hands of his'.

288. *nec fas nec uincula iuris*] cf. Verg. G. I 269 *fas et iura sinunt.*

291. *ingrato*] 'our valour is wasted through the ingratitude of him who judges our services'.

293. *nos fatum*] 'let Caesar learn that we are his destiny'.
omne deorum] 'entire compliance on the part of heaven'.

297. *sic eat*] cf. note on II 304.
quando] 'since loyalty and honour fail us, and all we have left to hope for is wickedness', i.e. insubordination on the part of the soldiers.

298. *destituunt*] For the absence of object cf. note on II 728.

301. *in praeceps demittere*] 'to ven[illegible] into the utmost peril', a metaphor f[illegible] the arena, cf. Cic. ad fam. X viii § 2 [illegible] *in eum casum me fortuna demisisset ut* [illegible] Oud. cf. Id. IX i 3 *cum me in res tu[illegible] lentissimas infidelissimis sociis demisis[illegible]*

303. *uenit*] i.e. instead of *fugi[illegible]* might have been expected.

307. *nurus*] cf. note on I 165.

311. *manibus*] sc. *militibus*, cf. [illegible] 252.

312. *his ferri graue ius erit?*] '[illegible] the license of the sword be grievo[illegible] their eyes?' i.e. sooner than in yours.

fasque nefasque rues? lassare et disce sine armis
posse pati: liceat scelerum tibi ponere finem.
saeue, quid insequeris? quid iam nolentibus instąs? 315
bellum te ciuile fugit. stetit aggere fulti
caespitis intrepidus uoltu meruitque timeri
non metuens: atque haec ira dictante profatur:
qui modo in absentem uoltu dextraque furebas,
miles, habes nudum promptumque ad uolnera pectus.
hic fuge, si belli finis placet, ense relicto. 321
detegit imbelles animos nil fortiter ausa
seditio tantumque fugam meditata iuuentus
ac ducis inuicti rebus lassata secundis.
uadite meque meis ad bella relinquite fatis: 325
inuenient haec arma manus, uobisque repulsis
tot reddet Fortuna uiros quot tela uacabunt.
anne fugam Magni tanta cum classe sequuntur
Hesperiae gentes, nobis uictoria turbam
non dabit, impulsi tantum quae praemia belli 330
373. *numquamque celer*] Ovid on contrary, Met. I 579, speaks of *irrequ Enipeus.*

376. *defendit*] 'Titaresos protec own waters, and gliding on the su

defendit Titaresos aquas, lapsusque superne
gurgite Penei pro siccis utitur aruis.
hunc fama est Stygiis manare paludibus amnem,
et capitis memorem fluuii contagia uilis
nolle pati, superumque sibi seruare timorem. 380
ut primum emissis patuerunt amnibus arua,
pinguis Boebicio discessit uomere sulcus:
mox Lelegum dextra pressum descendit aratrum.
Aeolidae Dolopesque solum fregere coloni,
et Magnetes equis, Minyae gens cognita remis. 385
illic semiferos Ixionidas Centauros
feta Pelethroniis nubes effudit in antris.
aspera te Pholoes frangentem, Monyche, saxa,
teque sub Oetaeo torquentem uertice uolsas,
Rhoete ferox, quas uix Boreas inuerteret, ornos: 390
hospes et Alcidae magni, Phole: teque per amnem
improbe Lernaeas uector passure sagittas:
teque senex Chiron, gelido qui sidere fulgens
impetis Haemonio maiorem Scorpion arcu.
hac tellure feri micuerunt semina Martis. 395
primus ab aequorea percussis cuspide saxis
Thessalicus sonipes bellis feralibus omen
exsiluit; primus chalyben frenosque momordit,
spumauitque nouis Lapithae domitoris habenis.
prima fretum scindens Pagasaeo litore pinus 400

deals with Peneus' flood as if it were dry land', i.e. flows on the top of it without mixing.

380. *superumque sibi*] 'preserve for itself fear on the part of the gods', cf. Verg. Aen. VI 323, 324 *Stygiamque paludem di cuius iurare timent et fallere numen.* inf. 749. cf. also Hom. Il. II 751—755 οἵ τ' ἀμφ' Ἰμερτὸν Τιταρήσιον ἔργ' ἐθέμοντο, ὅς ῥ' ἐς Πηνειὸν προΐει καλλίρροον ὕδωρ, οὐδ' ὅ γε Πηνειῷ συμμίσγεται ἀργυροδίνῃ, ἀλλά τέ μιν καθύπερθεν ἐπιρρέει ἠΰτ' ἔλαιον· ὅρκου γὰρ δεινοῦ Στυγὸς ὕδατός ἐστιν ἀπορρώξ.

382. *discessit*] 'was cleft'.

385. *cognita*] 'famous for'.

388. *Monyche*] cf. Iuv. I 11 *quantas iaculetur Monychus ornos.*

390. *quas uix*] 'such as Boreas could scarcely overthrow'.

392. *uector*] sc. Deianirae; *sagittas* sc. Herculis.

393. *gelido*] because the constellation Chiron, i.e. Sagittarius, appears in winter.

394. *impetis*] i.e. it seems to be aiming at the Scorpion.

maiorem] i.e. greater than the other constellations, cf. Verg. G. I 34, 35 *ipse tibi iam bracchia contrahit ardens Scorpios, et caeli iusta plus parte relinquit.*

396. *percussis*] cf. Verg. G. I 13—15 *tuque o cui prima frementem fudit equom magno tellus percussa tridenti Neptune.*

397. *omen*] 'giving promise of deadly wars'.

399. *nouis*] cf. Verg. G. III 115, 116 *frena Pelethronii Lapithae gyrosque dedere impositi dorso.*

400. *prima fretum*] cf. III 193 foll.

terrenum ignotas hominem proiecit in undas.
primus Thessalicae rector telluris Itonos
in formam calidae percussit pondera massae,
fudit et argentum flammis, aurumque moneta
fregit, et immensis coxit fornacibus aera. 405
illic quod populos scelerata impegit in arma
diuitias numerare datum est. hinc maxima serpens
descendit Python Cirrhaeaque fluxit in arua:
unde et Thessalicae ueniunt ad Pythia laurus.
impius hinc prolem superis immisit Aloeus, 410
inseruit celsis prope se cum Pelion astris,
sideribusque uias incurrens abstulit Ossa.
hac ubi damnata fatis tellure locarunt
castra duces; cunctos belli praesaga futuri
mens agitat, summique grauem discriminis horam 415
aduentare palam est. propius iam fata moueri
degeneres trepidant animi peioraque uersant:
ad dubios pauci praesumpto robore casus
spemque metumque ferunt. turbae sed mixtus inerti
Sextus erat Magno proles indigna parente, 420
qui mox Scyllaeis exsul grassatus in undis
polluit aequoreos Siculus pirata triumphos;
qui stimulante metu fati praenoscere cursus,

401. *terrenum*] 'a native of dry land'. Oud. cf. Sil. Itak XI 473 foll. *quin etiam Pagasaea ratis cum caerula nondum cognita terrigenae pontumque intrare negarent* &c.

proiecit] 'flung out into the waves': the word is often used of what the sea throws up on shore, cf. Verg. Ecl. VII 42 *proiecta uilior alga.*

402. *Itonos*] son of Deucalion.

403. *in formam*] 'hammered into shape'.

404. *moneta fregit*] 'broke up and stamped'.

406. *impegit*] 'drove headlong', cf. I 160 foll.

408. *fluxit*] 'glided'.

409. *unde*] 'for which reason'.

Thessalicae] i.e. the bay for the crowns at the Pythian games was brought from the vale of Tempe in Thessaly.

410. *Aloeus*] cf. Hom. Od. XI 305—320.

412. *sideribusque*] 'and Ossa encroaching upon the stars, stopped their motion'.

414. *belli praesaga*] 'with a presentiment of coming war'.

417. *trepidant*] 'tremble at the thought that destiny is now approaching': for *trepidare* with infinitive cf. Stat. Theb. I 639, 640 *non tu pia degener arma occulis aut certae trepidas occurrere morti.*

peioraque uersant] 'and expect the worst'.

418. *praesumpto robore*] 'fortifying their hearts beforehand'.

419. *inerti*] 'cowardly', cf. Verg. Aen. IV 158 *spumantemque dari pecora inter inertia uotis optat aprum.*

421. *grassatus*] 'acting the robber', cf. Plin. H. N. IX § 45 *silurus grassatur ubicunque est omne animal adpetens, equos innatantis saepe demergens.*

422. *pirata*] cf. I 43. Manil. I 918, 919 *cum patrios armis imitatus filius hostes aequora Pompeius cepit defensa parenti.* Vell. Pat. II lxxiii § 3.

impatiensque morae uenturisque omnibus aeger,
non tripodas Deli non Pythia consulit antra, 425
nec quaesisse libet primis quid frugibus altrix
aere Iouis Dodona sonet, quis noscere fibra
fata queat, quis prodat aues, quis fulgura caeli
seruet et Assyria scrutetur sidera cura,
aut si quid tacitum sed fas erat. ille supernis 430
detestanda deis saeuorum arcana magorum
nouerat et tristes sacris feralibus aras,
umbrarum Ditisque fidem: miseroque liquebat,
scire parum superos. uanum saeuomque furorem
adiuuat ipse locus uicinaque moenia castris 435
Haemonidum, ficti quas nulla licentia monstri
transierit; quarum quidquid non creditur ars est.
Thessala quin etiam tellus herbasque nocentis
rupibus ingenuit sensuraque saxa canentis
arcanum ferale Magos. ibi plurima surgunt 440
uim factura deis. et terris hospita Colchis
legit in Haemoniis quas non aduexerat herbas.
impia tot populis tot surdas gentibus aures
caelicolum dirae conuertunt carmina gentis.
una per aethereos exit uox illa recessus, 445
uerbaque ad inuitum perfert cogentia numen,

5. *primis frugibus*] i.e. acorns; cf. . G. I 148 *cum iam glandes atque a sacrae deficerent siluae et uictum na negaret.*

7. *aere Iouis*] 'Jove's brazen caul-', cf. Verg. Aen. III 466 *Dodoneasque s* and Conington's note. Oud. cf. Max. VIII xv ext. 3 *cuius cineres honoris possident, quod Pythicae cor-, quod aheno Dodonae, quod Hammo-nti datur.*

8. *prodat*] 'interprets'.

9. *tacitum*] equivalent to *arcanum* et'. Oud. cf. Ov. Amor. III vii 51, *aret mediis taciti uolgator in undis, que quae nullo tempore tangat habet.*

10. *fidem*] in apposition with *aras*, hich procure credit for the shades.

ebat] 'the poor wretch was persuad-t the gods of heaven knew too little'.

. *moenia—Haemonidum*] the towns dwelt Thessalian witches'.

. *ficti quas nulla licentia monstri*] 'whom no flight of imagination in inventing horrors could surpass'. *ficti* is almost equivalent to *fingendi*, cf. Verg. G. II 141 *satis immanis dentibus hydri.* Id. Aen. II 721. See also note on 250 supr.

437. *ars est*] quam profitentur. Sulpitius.

439. *sensuraque saxa*] 'rocks that can hear magicians when they chant their deadly spells': according to the Scholiast this refers to the magnet.

441. *uim factura*] 'that can put compulsion on the gods'.

Colchis] sc. Medea.

442. *legit*] i.e. although as Vergil says Ecl. VIII 97 *nascuntur plurima Ponto;* in which passage Pontus probably stands for Colchis.

443. *tot surdas*] 'deaf to so many nations' prayers'.

445. *una—exit*] 'alone finds a way through the inmost depths of heaven'.

446. *uerbaque*] 'and carries through

quod non cura poli caelique uolubilis umquam
auocat. infandum tetigit cum sidera murmur,
tum Babylon Persea licet secretaque Memphis
omne uetustorum soluat penetrale Magorum, 450
abducit superos alienis Thessalis aris.
carmine Thessalidum dura in praecordia fluxit
non fatis adductus amor: flammisque seueri
illicitis arsere senes. nec noxia tantum
pocula proficiunt, aut cum turgentia suco 455
frontis amaturae subducunt pignora fetae.
mens hausti nulla sanie polluta ueneni
excantata perit. quos non concordia mixti
adligat ulla tori blandaeque potentia formae,
traxerunt torti magica uertigine fili. 460
cessauere uices rerum: dilataque longa
haesit nocte dies: legi non paruit aether:
torpuit et praeceps audito carmine mundus:
axibus et rapidis impulsos Iuppiter urgens
miratur non ire polos. nunc omnia complent 465
imbribus et calido producunt nubila Phoebo,
et tonat ignaro caelum Ioue. uocibus isdem
umentis late nebulas nimbosque solutis

the words of might to the unwilling deity, whom never does the care of the pole and revolving heaven distract from attention to them'.

auocat] quin adsit sagis Thessalicis. Weise.

449. *tum Babylon*] 'then though Persian Babylon and mysterious Memphis throw open every shrine of the magicians of old time', i.e. though they employ all their arts to attract the attention of the gods.

Persea] equivalent to *Persica*, cf. Stat. Theb. I 719, 720 *seu Persei sub rupibus antri indignata sequi torquentem cornua Mithram.*

453. *non fatis adductus*] contra naturam et aetatem. Weise.

455. *aut cum*] 'or when they steal from the dam about to love her foal the pledge of affection swelling with juice that grows upon its forehead'. *hippomanes* was supposed to be an excrescence on the head of the new-born foal which was bitten off and eaten by its mother: if failed to do this, she had no affection her foal and refused to rear it. cf. V Aen. IV 515, 516 *quaeritur et nasc equi de fronte reuolsus, et matri pruer amor.* Plin. H. N. VIII § 165.

458. *excantata*] 'perverted by alone', cf. Propert. III ii 49 *at p clausas sciat excantare puellas.*

460. *uertigine*] 'by the magic twi of the twisted thread', cf. Verg. Ecl. 74—79. Oud. cf. Propert. II xxvi *deficiunt magico torti sub carmine rh* Id. IV vi 26 *staminea rhombi ducit rota.*

461. *uices rerum*] 'the changes of ture', cf. Hor. carm. IV vii 3 *mutat uices.*

464. *rapidis*] 'Jupiter as he drive the poles sped on their swiftly tu hinges, marvels that they move not'.

466. *calido Phoebo*] 'in the full of the sun'.

excussere comis. uentis cessantibus aequor
intumuit: rursus uetitum sentire procellas 470
conticuit turbante Noto: puppimque ferentes
in uentum tumuere sinus. de rupe pependit
abscisa fixus torrens: amnisque cucurrit
non qua pronus erat. Nilum non extulit aestas:
Maeander direxit aquas: Rhodanumque morantem 475
praecipitauit Arar: submisso uertice montes
explicuere iugum: nubes suspexit Olympus:
solibus et nullis Scythicae, cum bruma rigeret,
dimaduere niues. impulsam sidere Tethyn
reppulit Haemonidum defenso litore carmen. 480
terra quoque immoti concussit ponderis axem,
et medium uergens titubauit nisus in orbem.
tantae molis onus percussum uoce recessit,
prospectumque dedit circumlabentis Olympi.
omne potens animal leti genitumque nocere 485
et pauet Haemonias et mortibus instruit artes.

69. *excussere comis*] 'they shake from r loosened locks'.

70. *sentire procellas*] 'to feel the force orms', cf. Plin. Epp. VIII xx § 4 *spa- t modicum, quod tamen sentiat uentos uctibus intumescat.*

71. *turbante Noto*] i. e. *turbare co- e* or it might be taken intransitively, all the blustering of Notus', cf. Lu- II 125, Verg. Aen. VI 801.

72. *in uentum*] 'swell against the l'.

tendit] 'hangs motionless'.

74. *non qua*] 'not in the direction in h it sloped', i.e. but up-hill.

n extulit] 'summer has not raised the of the Nile', cf. X 228 foll.

75. *direxit*] 'has straightened', cf. N. Q. I x § 1 *coronam si diuiseris, t erit, si direxeris, uirga.*

Rodanumque] 'the Arar has swept 1 with it the lingering Rhone', thus ting the characters of the two rivers, ote on I 434.

76. *submisso uertice*] 'lowering their nits'.

77. *explicuere iugum*] 'have made ridges level', cf. Sen. Herc. Oet. 459 *dum explicui mare.*

pexit] i.e. instead of *despexit*, cf. II

479. *sidere*] i.e. the moon, cf. I 413.

480. *reppulit*] i.e. has prevented the tide from rising.

481. *terra quoque*] 'the earth too has shaken the axle of her steady weight', i.e. the line passing through the centre of the earth on which her weight is usually balanced steadily.

482. *titubauit nisus*] The reading in the text is that of most MSS. and of the Roman edition of 1469. *nisus* is best taken as a substantive, i.e. 'gravitation'. Translate, 'the force which ever inclines to the centre of the circle tottered', i.e. ceased to act. cf. Cic. N.D. II § 117 *in aethere autem astra uoluuntur; quae se et nisu suo conglobata continent, et forma ipsa figuraque sua momenta sustentant.* Lucret. I 1052—1055. Weise adopting a conjecture of Sulpitius reads *nisu titubauit.*

483. *recessit*] 'has parted asunder'.

484. *prospectumque dedit*] 'and has afforded a view (i.e. through the centre of the earth) of the circumambient sky', cf. Eur. Bacch. 292 τοῦ χθόν' ἐγκυκλουμένου αἰθέρος. Oud. cf. Sen. Herc. Fur. 570—572 *fatum rumpe manu: tristibus inferis prospectus pateat lucis et inuius limes det faciles ad superos uias.*

486. *et pauet*] 'both fears the Haemo-

has auidae tigres et nobilis ira leonum
ore fouent blando: gelidos his explicat orbes
inque pruinoso coluber distenditur aruo.
uiperei coeunt abrupto corpore nodi: 490
humanoque cadit serpens adflata ueneno.
quis labor hic superis cantus herbasque sequendi
spernendique timor? cuius commercia pacti
obstrictos habuere deos? parere necesse est,
an iuuat? ignota tantum pietate merentur, 495
an tacitis ualuere minis? hoc iuris in omnes
est illis superos, an habent haec carmina certum
imperiosa deum, qui mundum cogere quidquid
cogitur ipse potest? illic et sidera primum
praecipiti deducta polo: Phoebeque serena 500
non aliter diris uerborum obsessa uenenis
palluit, et nigris terrenisque ignibus arsit,
quam si fraterna prohiberet imagine tellus,
insereretque suas flammis caelestibus umbras.
et patitur tantos cantu deprensa labores 505
donec suppositas propior despumet in herbas.
hos scelerum ritus haec dirae carmina gentis

nian magic and furnishes it with instruments of death', cf. VII 517. Stat. Theb. VI 792, 793 *motu Spartanus acuto mille cauet lapsas circum caua tempora mortes.*

489. *inque pruinoso*] cum in frigido loco colligere se angues soleant hinc se extendunt carminum potestate. Schol.

490. *coeunt*] i.e. their spells can first break a viper in two and then make it join again. cf. Verg. Ecl. VIII 72 *frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.*

492. *quis labor*] 'what means this failing in the gods above, their obedience to spells and magic herbs, and their dread of neglecting them?'

sequendi] cf. Tac. Ann. I 49 *sequitur ardorem militum Caesar.*

493. *cuius*] 'the bonds of what agreement?'

495. *ignota*] 'is it by some unknown form of piety that they (i.e. the witches) deserve so great a boon?'

497. *certum*] innuit Demogorgona, cf. 744 infr.

498. *qui mundum*] 'who can compel the world to do whate'er he is compelled to do himself?'

499. *illic*] sc. in Thessaly: some MS have *illis* sc. *carminibus.*

500. *praecipiti deducta polo*] 'brou down from the steep slope of heaven', Verg. Ecl. VIII 69 *carmina uel cado sunt deducere lunam.*

501. *obsessa*] 'beset'.

502. *palluit*] 'has lost her lustre', Propert. V vii 82 *et numquam Hera numine pallet ebur.*

503. *quam si*] 'than if the earth her off from the reflexion of her broth light', cf. Verg. G. I 396 *nec fr radiis obnoxia surgere luna.*

505. *deprensa*] 'overcome'. (with some MSS. reads *depressa* 'bro down', which is perhaps confirmed *propior*, 'nearer to the earth'.

506. *despumet*] 'sheds slime up cf. 669 infr. Oud. cf. Stat. Theb. II 285 *haec circum spumis lunaribus callidus atque hilari perfundit ueneno.* See also Val. Flacc. VI *quamuis Atracio lunam spumare sciret.*

ſera damnarat nimiae pietatis Erichtho,
que nouos ritus pollutam duxerat artem.
i namque nefas urbis submittere tecto 510
ıt laribus ferale caput: desertaque busta
colit et tumulos expulsis obtinet umbris,
ata deis Erebi. coetus audire silentum
›sse domos Stygias arcanaque Ditis operti
›n superi non uita uetat. tenet ora profanae 515
eda situ macies, caeloque ignota sereno
rribilis Stygio facies pallore grauatur
ıpexis onerata comis. si nimbus et atrae
lera subducunt nubes, tum Thessala nudis
reditur bustis nocturnaque fulgura captat. 520
mina fecundae segetis calcata perussit,
non letiferas spirando perdidit auras.
:c superos orat, nec cantu supplice numen
ıxiliare uocat, nec fibras illa litantis
›uit: funereas aris imponere flammas 525
.udet et accenso rapuit quae tura sepulcro.
nne nefas superi prima iam uoce precantis
ncedunt carmenque timent audire secundum.
uentis animas et adhuc sua membra regentis
ſodit busto: fatis debentibus annos 530
ors inuita subit: peruersa funera pompa

damnarat] 'had convicted of too ty', i.e. had rejected as too in- cf. Ov. remed. amor. 3 *parce tem sceleris damnare Cupido,* : ii § 8 *damnamus tempora nostra 'is huius ut nunc demum nihil*

ho] The same name occurs in eroid. XV 139, 140 *illuc mentis quam furialis Erichtho impulit, rine iacente feror.*

luxerat] 'had advanced'.

obtinet] 'occupies'.

:ilentum] 'the dead', but it is : strange word to be used with

non uita] 'nor the fact that she e', non enim uiuentium esse solet re secreta. Schol.

rauatur] 'is afflicted'.

519. *nudis*] 'deserted', i.e. by their inmates, cf. 512 supr.

521. *calcata perussit*] 'she blights by treading on them'.

522. *perdidit*] equivalent to *corrupit*, cf. Hor. carm. I viii 2 *Sybarin cur properas amando perdere?*

524. *litantis*] transferred from the sacrificer to the offering, cf. Mart. X lxxiii 6 *non quacumque manu uictima caesa litat.*

529. *uiuentis*] cf. Hor. Epod. V 32–35 *quo posset infossus puer longo die bis terque mutatae dapis inemori spectaculo.*

530. *fatis*] 'when the fates still owe men years of life, death comes upon them against its will'.

531. *peruersa*] i.e. changing the direction of the funeral procession, *a tumulis* instead of *ad tumulos.*

rettulit a tumulis: fugere cadauera letum.
fumantis iuuenum cineres ardentiaque ossa
e mediis rapit illa rogis ipsamque parentes
quam tenuere facem: nigroque uolantia fumo 535
feralis fragmenta tori uestesque fluentis
colligit in cineres et olentis membra fauillas.
ast ubi seruantur saxis, quibus intimus umor
ducitur et tracta durescunt tabe medullae
corpora; tunc omnes auide desaeuit in artus, 540
immersitque manus oculis, gaudetque gelatos
effodisse orbes, et siccae pallida rodit
excrementa manus: laqueum nodosque nocentis
ore suo rupit: pendentia corpora carpsit,
abrasitque crucis: percussaque uiscera nimbis 545
uolsit et incoctas admisso sole medullas.
insertum manibus chalybem, nigramque per artus
stillantis tabi saniem, uirusque coactum
sustulit, et neruo morsus retinente pependit.
et quodcumque iacet nuda tellure cadauer 550
ante feras uolucresque sedet: nec carpere membra
uolt ferro manibusque suis, morsusque luporum
exspectat siccis raptura a faucibus artus.
[nec cessant a caede manus, si sanguine uiuo
est opus, erumpat iugulo qui primus aperto.] 555

532. *letum*] Oud. following Bersmann reads *lectum*, i.e. the bier.

535. *nigroque uolantia*] 'the fragments of the bier that fly about in the black smoke'.

536. *uestes*] either the coverings of the *feretrum*, or those in which the corpse is wrapped.

fluentis in cineres] 'crumbling into ashes', cf. note on I 241.

537. *olentis membra*] 'smelling of the burnt limbs'.

538. *saxis*] i.e. in a sarcophagus, cf. Lucret. III 904, 905 *aut in melle situm suffocari, atque rigere frigore, cum summo gelidi cubat aequore saxi.*

539. *tracta tabe*] i.e. extracta sanie.

540. *desaeuit*] 'vents all her fury'. cf. Verg. Aen. IV 52 *dum pelago desaeuit hiemps.*

543. *excrementa*] unguium sordes (praesegmina quae in mortuo crescunt, (et capilli. Weise.

nodosque nocentis] 'murderous knots'.

547. *chalybem*] i.e. the nails drive through the hands of the crucified criminal.

548. *coactum*] 'clotted'.

549. *neruo*] 'when the ligaments hi der her bite, hangs from the body', i.e. the piece of flesh she has seized with l teeth will not come away, she hangs l weight upon it to drag it off.

553. *raptura*] because in this way t would be more efficacious drugs, cf. H Epod. V 23 *ossa ab ore rapta ieiunae co*

554—555. *nec cessant*] These two l according to Weise are marked as spuri in many MSS., and seem to be ano version of those that follow.

nec refugit caedes uiuom si sacra cruorem
extaque funereae poscunt trepidantia mensae:
uolnere sic uentris, non qua natura uocabat,
extrahitur partus, calidis ponendus in aris,
et quotiens saeuis opus est ac fortibus umbris, 560
ipsa facit manes: hominum mors omnis in usu est.
illa genae florem primaeuo corpore uolsit,
illa comam laeua morienti abscidit ephebo.
saepe etiam caris cognato in funere dira
Thessalis incubuit membris: atque oscula figens 565
truncauitque caput compressaque dentibus ora
laxauit: siccoque haerentem gutture linguam
praemordens gelidis infudit murmura labris,
arcanumque nefas Stygias mandauit ad umbras.
hanc ut fama loci Pompeio prodidit, alta 570
nocte poli, Titan medium quo tempore ducit
sub nostra tellure diem, deserta per arua
carpit iter. fidi scelerum suetique ministri
effractos circum tumulos ac busta uagati
conspexere procul praerupta in caute sedentem, 575
qua iuga deuexus Pharsalica porrigit Haemus.
illa magis magicisque deis incognita uerba
temptabat carmenque nouos fingebat in usus.
namque timens ne Mars alium uagus iret in orbem,
Emathis et tellus tam multa caede careret, 580
pollutos cantu dirisque uenifica sucis

556. *uiuom*] i.e. *uiuentis*, cf. Verg. Aen. I 720, 721 *paulatim abolere Sychaeum incipit et uiuo temptat praeuertere amore.*

557. *trepidantia*] 'quivering', cf. Verg. Aen. IV 64 *pectoribus inhians spirantia consulit exta.*

561. *facit manes*] i.e. hominem occidendo.

mors omnis] 'every kind of human death', i.e. whether natural or violent: Weise takes it as 'death at any age' connecting it with what follows.

563. *laeua*] The left hand was used in magic rites.

564. *cognato*] i.e. of some kinsman of her own.

565. *figens*] 'imprinting kisses', Oud. with some MSS. reads *fingens*.

566. *compressa*] 'the closed mouth'. cf. Hor. Sat. I iv 138 *compressis agito labris.*

568. *murmura*] ut mox umbra loqueretur apud inferos. Schol.

571. *Titan medium*] i.e. when it is midday with the Antipodes, cf. Verg. G. I 249—251.

ducit] 'is bringing on', cf. Verg. G. III 156 *noctem ducentibus astris.*

574. *effractos*] 'broken open', i.e. by Erichtho.

576. *qua iuga*] 'where Haemus sloping downwards extends its range towards Pharsalia'.

579. *alium in orbem*] 'to another quarter'.

conspersos uetuit transmittere bella Philippos,
tot mortes habitura suas usuraque mundi
sanguine: caesorum truncare cadauera regum
sperat et Hesperiae cineres auertere gentis, 585
ossaque nobilium, tantosque adquirere manes.
hic ardor solusque labor, quid corpore Magni
proiecto rapiat, quos Caesaris inuolet artus.
quam prior adfatur Pompeii ignaua propago:
o decus Haemonidum, populis quae pandere fata, 590
quaeque suo uentura potes diuertere cursu,
te precor, ut certum liceat mihi noscere finem
quem belli fortuna paret. non ultima turbae
pars ego Romanae: Magni clarissima proles,
uel dominus rerum uel tanti funeris heres. 595
mens dubiis perculsa pauet rursusque parata est
certos ferre metus. hoc casibus eripe iuris,
ne subiti caecique ruant. uel numina torque,
uel tu parce deis et manibus exprime uerum.
Elysias resera sedes ipsamque uocatam 600
quos petat e nobis Mortem tibi coge fateri.
non humilis labor est: dignum quod quaerere cures,
uel tibi, quo tanti praeponderet alea fati.
impia uolgatae laetatur nomine famae
Thessalis, et contra: si fata minora moueres, 605
pronum erat, o iuuenis, quos uelles, inquit, in actus

582. *conspersos*] 'forbade Philippi, tainted by her spells and sprinkled with her noxious drugs, to let the war pass on' i.e. *alium in orbem*, cf. Liv. XXI 20 *ne in Italiam Galli transmittant bellum;* for Philippi, cf. note on I 680.

585. *auertere*] 'to plunder', cf. Catul. LXIV 5 *auratam optantes Colchis auertere pellem.*

588. *inuolet*] 'pounce upon' and so 'carry off', cf. Catul. XXV 6 *remitte pallium mihi meum quod inuolasti*, Petron. 43 *hereditatem accepit ex qua plus inuolauit quam illi relictum est.*

592. *certum*] to be taken with *noscere*, 'to learn for certain'.

593. *non ultima*] cf. Iuv. IV 44 *uos humiles, inquit, uolgi pars ultima nostri.*

595. *heres*] Sextus was however the second son of Pompeius, Gnaeus being the elder.

596. *rursus*] 'on the contrary'. cf. Ti Agric. 29 *quem casum neque ambiti neque per lamenta rursus et maeror muliebriter tulit.*

597. *hoc casibus*] 'do thou snatch t power from events'.

598. *torque*] 'extort the truth fro cf. Hor. A. P. 434, 435 *reges dicun multis urgere culullis, et torquere m quem perspexisse laborant.*

603. *quo tanti*] 'which way the has of destinies so great inclines', the m phors of the dice and the balance are l mixed.

605. *moueres*] 'were you dealing less important destinies', i.e. of indivi men, not of nations.

606. *pronum erat*] cf. Cic. Phil. II *longum est persequi ceteros.*

inuitos praebere deos: conceditur arti,
unam cum radiis presserunt sidera mortem,
inseruisse moras: et quamuis fecerit omnis
stella senem medios herbis abrumpimus annos. 610
at simul a prima descendit origine mundi
causarum series, atque omnia fata laborant
si quicquam mutare uelis, unoque sub ictu
stat genus humanum: tum Thessala turba fatemur
plus Fortuna potest. sed si praenoscere casus 615
contentus, facilesque aditus multique patebunt
ad uerum: tellus nobis aetherque chaosque
aequoraque et campi Rhodopeiaque saxa loquentur.
sed pronum, cum tanta nouae sit copia mortis,
Emathiis unum campis adtollere corpus, 620
ut modo defuncti tepidique cadaueris ora
plena uoce sonent: nec membris sole perustis
auribus incertum feralis strideat umbra.
dixerat: et noctis geminatis arte tenebris,
maestum tecta caput squalenti nube, pererrat 625
corpora caesorum tumulis proiecta negatis.
continuo fugere lupi fugere reuolsis
unguibus impastae uolucres, dum Thessala uatem

quos uelles] 'to force the gods against their will to any course of action that you chose'.

608. *unam*] sc. *unius hominis*.

presserunt] 'have urged on'.

610. *senem fecerit*] 'have promised him old age'.

611. *simul*] i.e. *simul ac*, 'when it comes to this that...'.

612. *causarum series*] cf. Tac. Ann. VI (22) 28 *contra alii fatum quidem congruere rebus putant, sed non e uagis stellis, uerum apud principia et nexus naturalium causarum*.

laborant] 'are disturbed', i.e. in cases where a single change involves the change of many other destinies.

615. *plus*] 'Fortune is stronger than we are'.

616. *contentus*] sc. *es*. cf. IX 604.

619. *nouae...mortis*] i.e. of newly slain corpses, cf. VII 471.

620. *adtollere*] In the Aethiopica of Heliodorus Bk. VI chapters 14 and 15 there is a similar account of the bringing to life of a corpse to answer questions.

622. *plena*] 'loud and clear', cf. Verg. G. I 388 *tum cornix plena pluuiam uocat improba uoce*.

623. *incertum...strideat*] 'gibber unintelligibly', cf. Plin. H. N. V § 45 *Troglodytae specus excauant: hae illis domus, uictus serpentium carnes, stridorque non uox*.

625. *squalenti nube*] It is doubtful what is the meaning of these words: if a literal cloud is meant the epithet is a strange one, and, as Oud. remarks, witches are nowhere else introduced wearing a cloud, as gods and goddesses are. Probably it is best to understand by *nubes* the matted hair hanging over her face, cf. supr. 518 *impexis onerata comis*, Stat. Theb. VI 586, 587 *deserpitque genis nec se lanugo fatetur intonsae sub nube comae*.

627. *reuolsis*] 'tearing their talons from the prey'.

eligit et gelidas leto scrutata medullas
pulmonis rigidi stantis sine uolnere fibras 630
inuenit et uocem defuncto in corpore quaerit.
fata peremptorum pendent iam multa uirorum,
quem superis reuocasse uelit. si tollere totas
temptasset campis acies et reddere bello,
cessissent leges Erebi: monstroque potenti 635
extractus Stygio populus pugnasset Auerno.
electum tandem traiecto gutture corpus
ducit, et inserto laqueis feralibus unco
per scopulos miserum trahitur per saxa cadauer
uicturum: montisque caui quem tristis Erichtho 640
damnarat sacris alta sub rupe locatur.

haud procul a Ditis caecis depressa cauernis
in praeceps subsedit humus: quam pallida pronis
urget silua comis, et nullo uertice caelum
suspiciens Phoebo non peruia taxus opacat. 645
marcentes intus tenebrae pallensque sub antris
longa nocte situs; numquam nisi carmine factum
lumen habet. non Taenareis sic faucibus aer
sedit iners, maestum mundi confine latentis
ac nostri: quo non metuant emittere manes 650
Tartarei reges. nam quamuis Thessala uates
uim faciat fatis, dubium est, quod traxerit illuc

629. *medullas*] put for all the interior of the body.

630. *pulmonis*] 'finds the lobes of the stiffened lung firm and unwounded'.

631. *uocem*] 'power of speech': the corpse is not actually made to speak till it has been dragged to Erichtho's cave.

632. *pendent*] 'hang in the balance'.

635. *monstro potenti*] sc. Erichtho, the dative of the agent.

636. *Stygio*] cf. Verg. G. IV 493 *fragor Stygiis auditus Auernis.*

637. *traiecto*] 'with its throat pierced', i.e. killed by a wound in the throat. cf. Plin. H. N. XI § 198 *ob hoc in proeliis gladiatorumque spectaculis mortem cum risu traiecta praecordia attulerunt.*

638. *unco*] i.e. the body is treated as that of a criminal, cf. Iuv. X 66 *Seianus ducitur unco spectandus.*

640. *uicturum*] 'to new life'. For the unexpected turn of the sentence I 504 *in bellum fugitur.*

642. *haud procul*] 'sunk down alm to the depth of Pluto's gloomy caverns

643. *pallida pronis*] i.e. owing to darkness the leaves have no colour, the branches hang down instead of sh ing upwards.

644. *nullo*] sc. *omnino non*, cf. on VII 25.

648. *Taenareis*] cf. Verg. G. IV *Taenaraeas etiam fauces, alta ostia Diti*

649. *confine*] This word is very ra found in the singular, cf. Val. Flacc. 373 *inde Lycen ferit ad confine papillo*

650. *non metuant*] i.e. because it is dark as Tartarus itself.

652. *dubium est*] 'it is doubtful whet she sees the infernal ghosts because has dragged them thither, or because has gone down to hell herself', i.e. becau

adspiciat Stygias, an quod descenderit, umbras.
discolor et uario furialis cultus amictu
induitur, uoltusque aperitur crine remoto, 655
et coma uipereis substringitur horrida sertis.
ut pauidos iuuenis comites ipsumque trementem
conspicit exanimi defixum lumina uoltu:
ponite, ait, trepida conceptos mente timores:
iam noua iam uera reddetur uita figura, 660
ut quamuis pauidi possint audire loquentem.
si uero Stygiosque lacus ripamque sonantem
ignibus ostendam, si me praesente uideri
Eumenides possent uillosaque colla colubris
Cerberus excutiens et uincti terga Gigantes; 665
quis timor, ignaui, metuentis cernere manes?
pectora tum primum feruenti sanguine supplet
uolneribus laxata nouis: taboque medullas
abluit: et uirus large lunare ministrat.
huc quidquid fetu genuit natura sinistro 670
miscetur. non spuma canum quibus unda timori est,
uiscera non lyncis, non dirae nodus hyaenae
defuit, et cerui pasti serpente medulla:
non puppim retinens Euro tendente rudentes
in mediis echeneis aquis, oculique draconum, 675

there is no practical difference between her cave and the infernal regions. So the Scholiast explains this passage, as I think, rightly. Weise takes it differently, viz. 'it is doubtful whether the ghost that looks on the Stygian shades is one that she has dragged to the cave, or one that has descended to Tartarus'.

654. *discolor et uario*] cf. Verg. Ecl. VIII 78 *necte tribus nodis ternos Amarylli colores.*

655. *aperitur*] 'becomes visible'.

656. *substringitur*] 'is tied back', cf. III 280.

658. *defixum*] cf. Verg. Aen. VI 156 *Aeneas maesto defixus lumina uoltu.*

660. *uera...figura*] 'in its genuine form', i.e. not as a ghost, but as a real man brought to life again.

662. *ripam*] sc. Phlegethontis.

663. *me praesente*] i.e. in my company, which alone would give you the power of visiting the infernal regions.

666. *quis timor*] 'what cause for fear is it, ye cowards, to see the timid ghosts?'

667. *sanguine*] i.e. apparently the blood of the victims she has sacrificed.

669. *lunare*] cf. 506 supr.

671. *canum quibus*] i.e. of dogs suffering from hydrophobia.

672. *uiscera lyncis*] i.e. according to the Scholiast, the precious stone into which the urine of the lynx was said to be changed. cf. Ov. Met. XV 413—415.

nodus] 'the fastening', 'joint', i.e. of the neck to the spine, cf. Plin. H. N. VIII § 105 *collum et iuba et unitate spinae porrigitur, flectique nisi circumactu totius corporis non quit.*

673. *cerui*] cf. Plin. H. N. VIII § 118 *et his (ceruis) cum serpente pugna: uestigant cauernas, nariumque spiritu extrahunt renitentis.*

675. *echeneis*] i.e. the fish, called in Latin *remora*, which was supposed to be

quaeque sonant feta tepefacta sub alite saxa:
non Arabum uolucer serpens, innataque rubris
aequoribus custos pretiosae uipera conchae:
aut uiuentis adhuc Libyci membrana cerastae,
aut cinis Eoa positi Phoenicis in ara. 680
quo postquam uiles nec habentis nomina pestes
contulit: infando saturatas carmine frondes,
et quibus os dirum nascentibus inspuit herbas
addidit, et quidquid mundo dedit ipsa ueneni:
tum uox Lethaeos cunctis pollentior herbis 685
excantare deos confudit murmura primum
dissona et humanae multum discordia linguae.
latratus habet illa canum gemitumque luporum:
quod trepidus bubo quod strix nocturna queruntur,
quod stridunt ululantque ferae, quod sibilat anguis, 690
exprimit, et planctus illisae cautibus undae,
siluarumque sonum, fractaeque tonitrua nubis:
tot rerum uox una fuit. mox cetera cantu
explicat Haemonio penetratque in Tartara lingua:
Eumenides, Stygiumque nefas, poenaeque nocentum
et Chaos innumeros auidum confundere mundos:
et rector terrae quem longa in saecula torquet
mors dilata deum: Styx et quos nulla meretur
Thessalis Elysios: caelum matremque perosa 699

able to stop ships by attaching itself to their keels, cf. Plin. H. N. XXXII §§ 2, 3.

676. *quaeque sonant*] 'the stones which give forth a sound when warmed under the brooding eagle', i.e. *lapis aëtites*, cf. Plin. N. H. X § 12, XXXVI § 149.

678. *uipera*] I have not been able to discover elsewhere any reference to the story of the sea serpent which keeps guard over the pearl-oysters in the Red Sea.

679. *membrana*] 'the cast skin'.

680. *cinis*] For accounts of the Phoenix cf. Herod. II 73, Tac. Ann. VI 28 (34).

681. *nec habentis nomina*] Weise cf. Ov. Met. VII 275, 276 *his et mille aliis postquam sine nomine rebus propositum instruxit mortali barbara munus.*

683. *os dirum*] sc. ipsius Erichthus.

687. *dissona*] 'jarring and very dif rent from the tongue of men'.

689. *trepidus*] 'scared'.

691. *planctus*] Oud. cf. Ov. Heroi XIX 121 *me miseram, quanto plangant litora fluctu.*

697. *rector*] i.e. Pluto.

torquet] 'who through long ages art t tured by the thought that the death of t gods is long deferred', i.e. either (1) l cause he is indignant that the gods do n come down to the infernal regions to his subjects, or (2) because in his mis he regrets that he is himself immortal.

699. *Thessalis*] omnes enim magae int nocentis umbras recipiuntur, non int Elysias. Schol.

matremque perosa] cf. Verg. G. I 3 *nec repetita sequi curet Proserpina m trem.*

Persephone, nostraeque Hecates pars ultima, per quam
manibus et mihi sunt tacitae commercia linguae:
ianitor et sedis laxae, qui uiscera saeuo
spargis nostra cani: repetitaque fila sorores
tracturae: tuque o flagrantis portitor undae
iam lassate senex ad me redeuntibus umbris: 705
exaudite preces, si uos satis ore nefando
pollutoque uoco, si numquam haec carmina fibris
humanis ieiuna cano, si pectora plena
saepe dedi et laui calido prosecta cerebro:
si quis, cum uestris caput extaque lancibus, infans, 710
imposuit, uicturus erat: parete precanti.
non in Tartareo latitantem poscimus antro,
adsuetamque diu tenebris, modo luce fugata

700. *nostrae*] 'our patroness'.

pars ultima] 'the lowest form', the same goddess being Luna in heaven, Diana on earth and Hecate in the infernal regions: here she is identified with Proserpina, cf. 736 foll. infr.

701. *manibus et mihi*] 'through whom the shades and I enjoy the intercourse of converse without speech'.

702. *ianitor*] This would naturally be understood to mean Cerberus, cf. Hor. carm. III xi 15—17 *cessit immanis tibi blandienti ianitor aulae Cerberus:* but if *ianitor* be Cerberus, what is meant by *saeuo cani?* The Scholiast refers to Servius on Verg. Aen. VI 400 foll. and explains *saeuo cani* as equivalent to *tibi ipsi*, which is impossible. Weise says *saeuus canis* pro uentre canino: sensus est, qui uiscera mortuorum quae ego comedere cupio in caninum tuum uentrem spargis, hoc est, demittis. This however seems to be a very far-fetched explanation. Oud., following a suggestion of Quevedo, understands Mercury by *ianitor*, as I think rightly. Quevedo refers to Diog. Laert. Pyth. VIII § 31 where Hermes is spoken of as πυλαῖος, and in his capacity of ψυχοπομπός he would naturally be introduced among the infernal deities.

703. *nostra*] may mean as Weise takes it 'what we witches desire', or as the Scholiast takes it, it may be equivalent to *humana*, meaning that the bodies of the dead are devoured by Cerberus, tunc enim animae locum suum accipiunt, cum fuerit corpus absumptum.

repetitaque fila] 'a second thread of life'.

704. *tracturae*] 'about to spin', cf. Hor. carm. II xviii 8 *trahunt honestae purpuras clientae.*

706. *si uos*] The prayers of Erichtho are expressed in a manner directly contrary to those of others. cf. Hom. Il. I 37—42.

707. *si numquam*] i.e. if I never utter these spells without the accompaniment of human sacrifice.

708. *ieiuna*] cf. Lucret. II 844 *corpora suco ieiuna.*

pectora plena] Weise understands by these words, *corpus grauidae mulieris*, but more probably they mean 'full of blood', cf. Ov. Heroid. III 60 *sanguinis atque animi pectus inane fuit*, which he quotes.

709. *prosecta*] A sacrificial term for the chopped-up entrails, cf. Ov. Met. XII 152 *cuius ut imposuit prosecta calentibus aris.* Id. Fast. VI 163 *sic ubi libauit prosecta sub aethere ponit.*

710. *si quis*] 'if any infant would have lived at the time when &c.': for the order of the words Weise cf. III 679, V 387, 680, 800.

711. *imposuit*] The infant is said to lay its own head in the dish when this is done by another, cf. note on II 387. Weise conjectures *imposui* considering that the former construction is 'nimis dura catachresis'.

713. *modo luce*] i.e. *sed modo;* for the ellipse cf. II 86, 759 infr.

descendentem animam: primo pallentis hiatu
haeret adhuc Orci. licet has exaudiat herbas 715
ad manes uentura semel. ducis omina nato
Pompeiana canat nostri modo militis umbra,
si bene de uobis ciuilia bella merentur.
haec ubi fata caput spumantiaque ora leuauit
adspicit adstantem proiecti corporis umbram, 720
exanimes artus, inuisaque claustra timentem
carceris antiqui. pauet ire in pectus apertum
uisceraque et ruptas letali uolnere fibras.
a miser, extremum cui mortis munus inique
eripitur, non posse mori. miratur Erichtho 725
has fatis licuisse moras, irataque morti
uerberat immotum uiuo serpente cadauer:
perque cauas terrae, quas egit carmine, rimas
manibus illatrat, regnique silentia rupit:
Tisiphone, uocisque meae secura Megaera, 730
non agitis saeuis Erebi per inane flagellis
infelicem animam? iam uos ego nomine uero
eliciam, Stygiasque canes in luce superna
destituam: per busta sequar per funera custos:
expellam tumulis abigam uos omnibus urnis. 735
teque deis, ad quos alio procedere uoltu
ficta soles, Hecate, pallenti tabida forma,

715. *haeret*] 'lingers'.

716. *semel*] is perhaps best taken with *uentura* 'and then once for all to return to the shades', cf. infr. 762 foll.; but it might also be taken with *exaudiat* 'destined to return to the shades though it for once obey these spells'.

717. *Pompeiana*] 'omens concerning Pompeius'.

nostri] sc. *Pompeiani*.

721. *claustra*] cf. Verg. Aen. VI 733, 734 *neque auras dispiciunt clausae tenebris et carcere caeco*. Hortensius refers to Plato Cratylus 400 C, where σῶμα is derived from σώζεσθαι, see also Plato Phaedo 62 B.

722. *apertum*] 'gaping'.

725. *non posse mori*] i.e. not to be able to die a second time. Weise says abundat negatio quae iam inuoluitur uerbo *eripitur*, but this interpretation gives a far less forcible meaning, besides involving a doubtfully possible construction.

726. *irataque morti*] 'angry at death' i.e. at the continuation of it, after she h ordered the corpse to return to life.

728. *quas egit*] 'which it (earth) op ed at her spell'. Oud. cf. Ov. Met. 210, 211 *tellus fissaque agit rimas, et su aret ademptis*. Id. X 512 *arbor e rimas*.

730. *secura*] The Scholiast cf. Ve Aen. VII 304 *securi pelagi atque mi*.

732. *nomine uero*] sc. *canes*, cf. Aes Eum. 246.

734. *destituam*] 'will make you sta as hounds of hell', cf. Plaut. Rudens 8 *duo destituit signa hic cum clauis sem* Cic. Verr. II iii § 66 *porro alios in publ custodiri, destitui alios in conuiuio*.

737. *pallenti tabida forma ostendam* 'I will show thee wasted as thou art pallid shape': for this use of the nomin

ostendam, faciemque Erebi mutare uetabo.
eloquar immenso terrae sub pondere quae te
contineant, Ennaea, dapes, quo foedere maestum 740
regem noctis ames, quae te contagia passam
noluerit reuocare parens. tibi, pessime mundi
arbiter, immittam ruptis Titana cauernis,
et subito feriere die. paretis? an ille
compellandus erit, quo numquam terra uocato 745
non concussa tremit, qui Gorgona cernit apertam,
uerberibusque suis trepidam castigat Erinyn,
indespecta tenet uobis qui Tartara; cuius
uos estis superi; Stygias qui peierat undas?
protinus adstrictus caluit cruor atraque fouit 750
uolnera et in uenas extremaque membra cucurrit.
percussae gelido trepidant sub pectore fibrae:
et noua desuetis subrepens uita medullis
miscetur morti. tunc omnis palpitat artus:
tenduntur nerui: nec se tellure cadauer 755
paulatim per membra leuat, terraque repulsum est
erectumque simul. distento lumina rictu
nudantur. nondum facies uiuentis in illo,

tive cf. Verg. Aen. I 72, 73 *quarum, quae forma pulcherrima, Deiopeiam conubio iungam stabili propriamque dicabo* and Conington's note.

740. *dapes*] i.e. pomegranate seeds according to the legend. cf. Ov. Met. V 534 foll.

743. *arbiter*] 'ruler', i.e. Pluto.

immittam...Titana] 'I will let in the sunlight', cf. Verg. Aen. VIII 246 *trepidentque immisso lumine manes.*

744. *paretis*] For this idiomatic use of the present indicative cf. Iuv. IV 130 *quidnam igitur censes? conciditur?* and Prof. Mayor's note.

ille] This is a reference to the mystic deity Demogorgon or Demiurgus, cf. Stat. Theb. IV 516 *et triplicis mundi summum quem scire nefastum est; illum sed taceo.*

745. *quo numquam*] 'at the summons of whose name the earth ever shakes and trembles'.

746. *Gorgona*] i.e. the sight of which is fatal to all beside.

747. *suis*] ipsius Erinnys: quibus castigare ipsa consueuit, his caeditur. Schol.

748. *indespecta*] cf. Prof. Mayor's note on *exsecratum* Cic. Phil. II § 65.

749. *uos estis superi*] 'to whom ye (the infernal powers) are the gods above', i.e. because he dwells in a lower depth of Tartarus.

peierat] i.e. *impune*, cf. Verg. Aen. VI 323, 324 *Stygiamque paludem di cuius iurare timent et fallere numen.* Id. XII 816, 817 *adiuro Stygii caput implacabile fontis, una superstitio superis quae reddita diuis.*

750. *fouit*] cf. Verg. Aen. XII 420 *fouit ea uolnus lympha longaeuus Iapyx.*

752. *trepidant*] 'throb'.

754. *miscetur morti*] 'mingles with death', i.e. both life and death are, for a time, present in the same body struggling for the mastery.

756. *per membra*] i.e. *membratim*, 'limb by limb'.

terraque] 'but bounds up from the earth and is on its feet at once'. *que* is disjunctive.

758. *nudantur*] i.e. are not covered by the eyelids.

iam morientis erat. remanet pallorque rigorque;
et stupet illatus mundo. sed murmure nullo 760
ora adstricta sonant. uox illi linguaque tantum
responsura datur. dic, inquit Thessala, magna,
quod iubeo, mercede mihi: nam uera locutum
immunem toto mundi praestabimus aeuo
artibus Haemoniis: tali tua membra sepulchro, 765
talibus exuram Stygio cum carmine siluis,
ut nullos cantata magos exaudiat umbra.
sit tanti uixisse iterum: nec uerba nec herbae
audebunt longae somnum tibi soluere Lethes
a me morte data. tripodas uatesque deorum 770
sors obscura decet: certus discedat, ab umbris
quisquis uera petit duraeque oracula mortis
fortis adit. ne parce, precor. da nomina rebus,
da loca, da uocem, qua mecum fata loquantur.
addidit et carmen, quo, quidquid consulit, umbram 775
scire dedit. maestum fletu manante cadauer,
tristia non equidem Parcarum stamina, dixit,
adspexi tacitae reuocatus ab aggere ripae:
quod tamen e cunctis mihi noscere contigit umbris,
effera Romanos agitat discordia manes, 780
impiaque infernam ruperunt arma quietem.
Elysias alii sedes ac Tartara maesta
diuersi liquere duces: quid fata pararent
hi fecere palam. tristis felicibus umbris

759. *iam morientis*] 'but of one just at the point of death', cf. supr. 713.

761. *adstricta*] 'tightly curbed'.

tantum responsura] 'only to answer questions', i. e. he had not the power of speaking of his own accord. cf. Hom. Od. XI 147—149.

762. *magna...mercede*] 'and great shall be thy reward'.

764. *immunem*] 'exempt from the power of Thessalian magic', cf. II 257; Sen. Epist. XII iii (85) § 3 *alicuius animum immunem esse tristitia. immunis* in Virgil and Ovid is constructed with the genitive.

766. *siluis*] i.e. *lignis*, cf. note on I 591.

768. *sit tanti*] 'think it worth the cost'. cf. Iuv. XIII 95, 96 *et phthisis et uomicae putres et dimidium crus sunt tanti.*

771. *sors obscura*] 'a riddling answe for the use of the singular *sors* cf. Cic. div. II § 115 *nam cum sors illa edita opulentissimo regi Asiae, Croesus Hal penetrans magnam peruertet opum sim.*

775. *quidquid consulit*] cf. Cic. ad VII xx § 2 *nec te id consulo.*

778. *adspexi*] 'I have not seen threads of the fates', i.e. I have no tain knowledge of the future, but speak from conjecture.

780. *agitat*] cf. Verg. G. II 496 *in agitans discordia fratres.*

781. *impia*] i.e. of civil war, as us

783. *diuersi*] 'to opposite cam Weise cf. Sall. Cat. 52 *diuerso iti malos a bonis loca taetra habere.*

uoltus erat. uidi Decios natumque patremque 785
lustrales bellis animas flentemque Camillum
et Curios: Sullam de te, Fortuna, querentem.
deplorat Libycis perituram Scipio terris
infaustam subolem. maior Karthaginis hostis,
non seruituri maeret Cato fata nepotis. 790
solum te, consul depulsis prime tyrannis
Brute, pias inter gaudentem uidimus umbras.
abruptis Catilina minax fractisque catenis
exsultat Mariique truces nudique Cethegi.
uidi ego laetantis, popularia nomina, Drusos, 795
legibus immodicos, ausosque ingentia Gracchos.
aeternis chalybum nodis et carcere Ditis
constrictae plausere manus, camposque piorum
poscit turba nocens. regni possessor inertis
pallentis aperit sedes, abruptaque saxa 800
asperat et durum uinclis adamanta, paratque
poenam uictori. refer haec solacia tecum,
o iuuenis, placido manes patremque domumque
exspectare sinu, regnique in parte serena
Pompeio seruare locum. nec gloria paruae 805
sollicitet uitae: ueniet quae misceat omnes
hora duces. properate mori, magnoque superbi
quamuis e paruis animo descendite bustis,
et Romanorum manes calcate deorum.

785. *Decios*] sc. *flentis*.
786. *lustrales*] 'souls that expiated war', cf. Iuv. VIII 254 foll.
bellis] probably dative, cf. Sen. Agam. 63, 164 *Tyndaris caeli genus lustrale Iassi Doricae peperi caput.*
m uilium et ignotorum, tan-
rfeceritis cognatos et scelus
feceritis, cf. III 436, 437 *iam*
rum dubitet subuertere siluam
fecisse nefas. Weise's note
cplanation of *tamquam scelus.*
imputet nor *impetat* appears
any satisfactory explanation,
ured to read *imputat*, which is
ion of the two, and can, I
ıterpreted as above.
nite] In the American Journal
ɔy, Vol. 5, pp. 325—330 Mr
vs that this order of Caesar's,
ɔst improbable, is mentioned
hority except Appian Civil
75, and is in fact contradicted
who says, B. C. III 89 *cohortes*
ris praesidio reliquerat. He
hat Appian founded his state-
s passage in Lucan.
nis] 'not divided but with
complete', i.e. leaving no re-
serve to guard the camp.

328. *tendetis*] 'you shall encamp', cf. Verg. Aen. II 29 *hic Dolopum manus, hic saeuus tendebat Achilles.*

331. *sumpta Ceresque uiris*] This is the reading of the Roman edition of 1469; according to Oud. *sumpta uirisque Ceres* is found in MSS. The Schol. explains frumentum singuli et arma sumpserunt. cf. Val. Flacc. V 215—217 *arma iubet celsa socios depromere puppi, dona dehinc Bacchi casus qui firmet in omnes; rapta Ceres, uiridesque premunt longo ordine ripas.* Grotius with some MSS. reads *sumpta uiris; celeres...* and is followed by Weise.

capiunt praesagia] 'they seize on this omen of the war's result', i.e. Caesar's words, cf. Aesch. Ag. 1652, 1653, Al. ἀλλὰ μὴν κἀγὼ πρόκωπος οὐκ ἀναίνομαι θανεῖν. Χο. δεχομένοις λέγεις θανεῖν σε· τὴν τύχην δ' αἱρούμεθα.

335. *locasses*] An emendation of Grotius for *locasset* of MSS. Oud. ingeniously suggests that *funesto* on the other hand should be changed into *fortuna*, leaving *locasset*, but does not admit the change into his text.

336. *non tam*] i.e. had they been all Caesars they would not have been so eager to fight.

337. *in rectum*] 'straightforward', cf. Ov. Met. II 714, 715 *iterque non agit in rectum sed in orbem curuat eundem.*

339. *corde gelato*] cf. Iuv. VI 95 *timent pauidoque gelantur pectore.*

omen erat. premit inde metus totumque per agmen
sublimi praeuectus equo: quem flagitat, inquit,
uestra diem uirtus, finis ciuilibus armis
quem quaesistis, adest. totas effundite uires;
extremum ferri superest opus, unaque gentes 345
hora trahit. quisquis patriam carosque penates,
qui subolem ac thalamos desertaque pignora quaerit,
ense petat: medio posuit deus omnia campo.
causa iubet melior superos sperare secundos:
ipsi tela regent per uiscera Caesaris, ipsi 350
Romanas sancire uolent hoc sanguine leges.
si socero dare regna meo mundumque pararent,
praecipitare meam fatis potuere senectam.
non iratorum populis urbique deorum est
Pompeium seruare ducem. quae uincere possent 355
omnia contulimus. subiere pericula clari
sponte uiri, sacraque antiquus imagine miles.
si Curios his fata darent reducesque Camillos
temporibus Deciosque caput fatale uouentis,
hinc starent. primo gentes oriente coactae, 360
innumeraeque urbes, quantas in proelia numquam
exciuere manus. toto simul utimur orbe.

341. *omen*] cf. Verg. Aen. VII 173, 174 *hic sceptra accipere, et primos attollere fasces regibus omen erat.*

342. *praeuectus*] 'riding along the line'.

344. *totas effundite uires*] 'put forth all your strength', Oud. cf. Ov. Met. I 278 *uires effundite uestras, sic opus est.* Liv. X 28 *quantumcunque uirium habuit certamine primo effudit.*

346. *trahit*] 'drags to ruin', cf. Verg. Aen. V 709 *quo fata trahunt retrahuntque sequamur.* See also note on IV 222.

348. *medio—campo*] i.e. as the prize, cf. Hom. Il. XXIII 704 ἀνδρὶ δὲ νικηθέντι γυναῖκ' ἐς μέσσον ἔθηκεν.

350. *regent*] 'will guide', cf. Verg. Aen. IX 409 *hunc sine me turbare globum, et rege tela per auras.*

351. *hoc sanguine*] apud Romanos mos erat ut ubi foedus fiebat ibi porca occideretur. Schol. Caesar's blood is thus on this occasion to take the place of the victim's: cf. Cic. ad Quirit. post redit. § 13 *cum omnia cum omnibus foedera, reconciliationes gratiarum, sanguine [illegible] sancirentur.*

353. *praecipitare*] 'they might have brought my old age to a speedy end by natural death'. cf. Tac. Ann. VI 16 [illegible] *per idem tempus L. Piso pontifex, [illegible] in tanta claritudine, fato obiit.*

356. *clari*] *clari* or *clarissimi* became under the empire the technical title [illegible] senators, cf. Vopisc. Aurel. 18 *libros [illegible] spici clarissimi ordinis iussit auctori[illegible]* Lamprid. Heliogab. 4 *matrem suam [illegible] senatum rogari iussit... solusque omni[illegible] imperatorum fuit sub quo mulier, [illegible] clarissima, loco uiri senatum ingressa [illegible]*

357. *sacraque*] 'soldiers who [illegible] their ancient blood by hallowed bat[illegible] i.e. of their ancestors.

360. *primo—oriente*] 'the furthest East' i.e. where the sun first appears.

361. *quantas*] 'have summoned [illegible] battle more hands than they have ever done before'.

quidquid signiferi comprensum limite caeli
sub Noton et Borean hominum sumus arma mouemus.
nonne superfusis collectum cornibus hostem 365
in medium dabimus? paucas uictoria dextras
exigit: at plures tantum clamore cateruae
bella gerent. Caesar nostris non sufficit armis.
credite pendentis e summis moenibus urbis
crinibus effusis hortari in proelia matres. 370
credite grandaeuom uetitumque aetate senatum
arma sequi sacros pedibus prosternere canos:
atque ipsam domini metuentem occurrere Romam.
credite qui nunc est populus populumque futurum
permixtas adferre preces. haec libera nasci, 375
haec uolt turba mori. si quis post pignora tanta
Pompeio locus est, cum prole et coniuge supplex,
imperii salua si maiestate liceret,
uoluerer ante pedes. Magnus, nisi uincitis, exsul,
ludibrium soceri, uester pudor, ultima fata 380
deprecor, ac turpes extremi cardinis annos,
ne discam seruire senex. tam maesta locuti
uoce ducis flagrant animi Romanaque uirtus
erigitur; placuitque mori, si uera timeret.
ergo utrimque pari concurrunt agmina motu 385
irarum: metus hos regni spes excitat illos.

53. *quidquid—hominum*] cf. Catull. 1 *quantum est hominum uenustiorum;* Epod. V 1, 2 *at o deorum quidquid aelo regit terras et humanum genus.*
mite] 'embraced within the zone of zodiac', cf. Ov. Met. II 130 *sectus in uum est lato curuamine limes.*
54. *sub Noton*] 'extending to the h and north'.
55. *collectum*] 'closely packed'.
56. *in medium dabimus*] 'shall we surround?'
57. *clamore*] Oud. cf. Val. Flacc. VI *Marte carent solisque iuuant clamori-agmen.*
68. *non sufficit*] 'is all too little'.
73. *domini metuentem*] cf. Hor. Ep. 1 15 *metuens pendentis habenae.*
ccurrere] 'appear before you'.
76. *mori*] sc. *libera.*

pignora] cf. Plin. Ep. I xii § 3 *plurimas uiuendi causas habentem...praeterea filiam uxorem nepotem sorores interque tot pignora ueros amicos.*

380. *uester pudor*] 'a disgrace to you', cf. Ov. Met. VIII 157 *destinat hunc Minos thalamo remouere pudorem*, i.e. the Minotaur.

ultima] 'the worst destiny', cf. 222 supr., i.e. 'disgrace' not 'death' as Weise understands by it.

381. *extremi cardinis annos*] 'the years that form the extreme limit of my life', i.e. simply 'my last years.' *cardo* is equivalent to *limes*, cf. note on IV 73: for the genitive cf. note on 272 supr.

384. *si uera timeret*] 'if what he said he feared were true', i.e. if Pompeius' fears were well grounded.

385. *motu*] 'feeling', cf. I 184.

hae facient dextrae, quidquid non expleat aetas
ulla nec humanum reparet genus omnibus annis,
ut uacet a ferro. gentes Mars iste futuras
obruet, et populos aeui uenientis in orbem 390
erepto natale feret. tunc omne Latinum
fabula nomen erit: Gabios Veiosque Coramque
puluere uix tectae poterunt monstrare ruinae,
Albanosque lares Laurentinosque penates
rus uacuom, quod non habitet, nisi nocte coacta, 395
inuitus, questusque Numam iussisse, senator.
non aetas haec carpsit edax monumentaque rerum
putria destituit: crimen ciuile uidemus
tot uacuas urbes. generis quo turba redacta est
humani? toto populi qui nascimur orbe, 400
nec muros implere uiris nec possumus agros:
urbs nos una capit: uincto fossore coluntur
Hesperiae segetes: stat tectis putris auitis
in nullos ruitura domus: nulloque frequentem
ciue suo Romam, sed mundi faece repletam, 405

387. *quidquid*] almost equivalent to *quantum:* 'all the slaughter that no future age can make up for', cf. VIII 365. Catull. LVI 3 *ride quidquid amas Cato Catullum.* For *explere*, cf. infr. 415.

389. *ut uacet*] 'though it be free from the sword'.

390. *uenientis in orbem*] 'next coming into the world'; *orbis* by itself is rarely found in this sense: but 'recurring in a cycle' cannot well be the meaning in this passage.

391. *erepto natale*] 'depriving them of birth', i.e. by the slaughter of those who might have been their fathers.

feret] 'will sweep away'.

392. *fabula*] cf. Hor. carm. I iv 16 *iam te premet nox fabulaeque manes.* For the desolation of the cities of the Latin league, cf. Hor. Ep. I xi 7, 8 *scis Lebedus quid sit; Gabiis desertior atque Fidenis uicus.* Propert. V i 34 *et qui nunc nulli maxima turba Gabi.*

393. *puluere*] 'of Gabii, Veii and Cora scarce will their dust-covered ruins show the site'.

395. *rus uacuom*] nominative, sc. *uix poterit monstrare:* for *uacuom* cf. Verg. G. II 225 *uacuis Clanius non aequus Acerris.*

coacta] 'forced upon him', cf. Plin. H N. VII § 92 *tantam etiam coactam hum generis iniuriam*, i.e. an injury done b violence. The night referred to is that the feriae Latinae, for which see Dict. Antiq.

396. *Numam*] According to Dion sius of Halicarnassus Bk IV it was Ta quinius Superbus who instituted the feri *Latinae;* but the Romans ascribed Numa all their religious ceremonies a particularly the rules to be observed holidays. cf. Plut. Numa 14.

398. *putria destituit*] 'has abandon to decay the monuments of the past'.

crimen ciuile] 'the guilty result of civ war', cf. I 24.

402. *uincto*] cf. Plin. Ep. III xix *nam nec ipse usquam uinctos habeo nec quisquam*, referring to Italy north of th Po. On the subject of the depopulatio of Italy cf. Appian, Civil Wars I c VII.

404. *in nullos*] 'ready to fall, but the heads of none'.

405. *faece*] cf. Iuv. III 61 foll. *uis quota portio faecis Achaei? iampridem Syrus in Tiberim defluxit Orontes* Tac. Ann. XV 44 *quo cuncta undique de*

cladis eo dedimus, ne tanto in tempore bellum
iam posset ciuile geri. Pharsalia tanti
causa mali. cedant feralia nomina Cannae,
et damnata diu Romanis Allia fastis.
tempora signauit leuiorum Roma malorum, 410
hunc uoluit nescire diem. pro tristia fata.
aera pestiferum tractu, morbosque fluentis,
insanamque famem, permissasque ignibus urbes,
moeniaque in praeceps laturos plena tremores
hi possent explere uiri, quos undique traxit 415
in miseram Fortuna necem, dum munera longi
explicat eripiens aeui, populosque ducesque
constituit campis: per quos tibi, Roma, ruenti
ostendat quam magna cadas. quo latius orbem
possedit citius per prospera fata cucurrit. 420
omne tibi bellum gentes dedit omnibus annis:
te geminum Titan procedere uidit in axem.
haud multum terrae spatium restabat Eoae,
ut tibi nox tibi tota dies tibi curreret aether,

ut pudibunda confluunt celebrantur-

. *cladis eo dedimus*] 'we have ht to such a state of ruin'.
i.e. 'only to prevent the possibility ging civil war'.
to in tempore] 'during the long time , apparently meaning that the wars tonius and Augustus were not fought nuine Roman soldiers. Oud. with MSS. reads *corpore*, cf. Verg. Aen. 3 *toto certatum est corpore regni.*
. *Allia*] cf. Verg. Aen. VII 717 *ue secans infaustum interluit Allia* s.
. *nescire*] 'to ignore', cf. supr. 133.
. *pestiferum tractu*] 'pestilential ıale'. cf. Verg. Aen. II 683 *tactu ia.*
ntis] 'contagious', cf. VI 89.
. *insanamque famem*] 'maddening r', cf. Verg. Aen. IX 340 *suadet uaesana fames.* Ov. Fast. IV 364 *it insana nomine Gallus aqua.*
are the usage by Horace in an sense of *uarius* carm. II v 12: *ualis*, carm. II ix 3: *exsanguis* Epp. 18.
. *moeniaque*] 'earthquakes that would hurl to ruin crowded cities'.

415. *explere*] 'make up for', cf. supr. 387. Liv. III 68 *iam unicuique ex agris sua damna nuntiabantur; quid est tandem domi, unde ea expleatis?* Justin V 4 *explent contumelias honoribus, detrimenta muneribus, exsecrationes precibus.*

416. *dum*] 'while she displays the gifts of long ages in the act of snatching them away'.

munera] sc. multitudinem hominum qui ad tantum numerum munere longi aeui excreuerant. Omnibonus.

417. *explicat*] A military metaphor, displays them as in a review, cf. note on VI 9.

419. *quam magna cadas*] 'how great thou art in thy fall': for the contrast between the Latin and English idioms cf. note on I 457.

421. *gentes*] 'conquered nations'.

422. *geminum*] 'advancing towards both poles', i.e. northward and southward.

424. *nox—dies*] These words show the extension of the Roman power eastward and westward, completing line 422.

tibi curreret aether] 'for thee heaven should revolve'.

omniaque errantes stellae Romana uiderent. 425
sed retro tua fata tulit par omnibus annis
Emathiae funesta dies. hac luce cruenta
effectum ut Latios non horreat India fasces,
nec uetitos errare Dahas in moenia ducat
Sarmaticumque premat succinctus consul aratrum: 430
quod semper saeuas debet tibi Parthia poenas,
quod fugiens ciuile nefas redituraque numquam
libertas ultra Tigrim Rhenumque recessit,
ac totiens nobis iugulo quaesita uagatur,
Germanum Scythicumque bonum, nec respicit ultra
Ausoniam, uellem, populis incognita nostris. 436
uolturis ut primum laeuo fundata uolatu
Romulus infami complèuit moenia luco

425. *omniaque*] 'and that the planets should look down on nought that was not Rome's', cf. Hor. Epp. I xviii 57 *si quid abest Italis adiudicat armis*, Ov. A. A. I 177 *ecce parat Caesar domito quod defuit orbi addere*, Id. Fast. I 85, 86, *Iuppiter arce sua totum cum spectet in orbem nil nisi Romanum quod tueatur habet.*

426. *retro*] cf. Verg. Aen. II 169, 170 *ex illo fluere ac retro sublapsa referri spes Danaum.*

par] 'a match for all bygone years'.

429. *uetitos*] 'forbidden to lead their nomad life', cf. II 296.

430. *Sarmaticum*] 'in Sarmatia', cf. notes on I 106, V 703.

succinctus] The ancient fashion of wearing the toga was kept up in religious ceremonies, cf. Verg. Aen. VII 187, 188 *ipse Quirinali lituo paruaque sedebat succinctus trabea*, and note on I 596.

aratrum] nam antea solebat consul ad subiugatam gentem coloniam deducere et aratro signare spatium ciuitatis. Schol. cf. Verg. Aen. I 425 *pars optare locum tecto, et concludere sulco.*

431. *quod semper*] These words also depend on *effectum*, though the change from *ut* with subjunctive to *quod* with indicative is somewhat strange. The punctuation of the passage given by Weise makes it quite unintelligible.

debet] i.e. has not yet paid the penalty.

433. *Tigrim*] Grotius would change this to *Tanaim* (1) because the Scythians not the Parthians, are mentioned below, (2) because the Parthians were not free, but under a despotism: the alteration however is unnecessary, for Lucan is regarding freedom as exemption from the sway of the Caesars, and is probably thinking of the lines in Verg. Ecl. I 62, 63 *ante, pererratis amborum finibus, exsul aut Ararim Parthus bibet aut Germania Tigrim*, cf. note on 435 infr.

434. *iugulo*] 'at the risk of our life-blood'.

uagatur] 'wanders free', Oud. cf. Claudian in Rufin. I 53, 54 *Concordia Virtus cumque Fide Pietas alta ceruice uagantur.*

435. *respicit*] This appears to be also taken from Verg. Ecl. I 28 *libertas, quae sera tamen respexit inertem.*

436. *uellem*] 'and would she had never been known to our tribes', i.e. the tribes of Italy, cf. note on 185 supr.

437. *ut*] 'ever since'. cf. Hor. Epod. VII 19, 20 *ut immerentis fluxit in terram Remi sacer nepotibus cruor.*

laeuo] 'inauspicious' i.e. because slavery has in the end been the fate of Rome.

438. *compleuit*] 'filled with inhabitants'.

luco] 'by means of the dishonourable grove', i.e. by making it an asylum for criminals, &c., cf. Verg. Aen. VIII 342 *hinc lucum ingentem quem Romulus acer asylum rettulit*, Iuv. VIII 272—275 *a tamen, ut longe repetas longeque reuoluas nomen, ab infami gentem deducis asylo: maiorum primus quisquis fuit ille tuorum aut pastor fuit aut illud quod dicere nolo.*

usque ad Thessalicas seruisses, Roma, ruinas.
de Brutis, Fortuna, queror. quid tempora legum 440
egimus aut annos a consule nomen habentis?
felices Arabes Medique Eoaque tellus,
quam sub perpetuis tenuerunt fata tyrannis.
ex populis qui regna ferunt sors ultima nostra est,
quos seruire pudet. sunt nobis nulla profecto 445
numina: cum caeco rapiantur saecula casu,
mentimur regnare Iouem. spectabit ab alto
aethere Thessalicas, teneat cum fulmina, caedes?
scilicet ipse petet Pholoen petet ignibus Oeten
immeritaeque nemus Rhodopes pinusque Mimantis:
Cassius hoc potius feriet caput? astra Thyestae 451
impulit et subitis damnauit noctibus Argos:
tot similes fratrum gladios patrumque gerenti
Thessaliae dabit ille diem? mortalia nulli
sunt curata deo. cladis tamen huius habemus 455

439. *seruisses*] equivalent to *seruire debebas*, cf. Verg. Aen. VIII 643 *at tu dictis, Albane, maneres.*

440. *de Brutis*] i.e. because they freed Rome from servitude to the kings.

tempora legum] 'ages under the rule of law' opposed to *tempora regum*, cf. Iuv. VIII 268 *legum prima securis*, Liv. II 1 *liberi iam hinc populi Romani res, pace belloque gestas, annuos magistratus, imperiaque legum, potentiora quam hominum peragam.*

441. *a consule*] 'dated by a consul's name', i.e. instead of a king's: the outward sign of the republic opposed to the monarchy. cf. Tac. Ann. I 1.

443. *sub perpetuis*] 'under an unbroken succession of despots'.

444. *ex populis*] 'of all the nations that endure tyranny our lot is the worst, for we are ashamed to be slaves'.

445. *nobis*] emphatic, i.e. whatever there may be for other nations.

447. *mentimur*] 'we lie in saying Jove is king', cf. Ov. Trist. I iii 53, 54 *certam me sum mentitus habere horam propositae quae foret apta fugae.* Plin. H. N. XII § 67 *nec non fuere qui e turis arbore utrumque nasci mentirentur.*

spectabit] A metaphor from watching the gladiatorial contests: 'will he gaze unmoved upon the slaughter in Thessaly, though holding in his hand his bolts?'

449. *scilicet*] indignantis: for the thought, cf. Aristoph. Nub. 398—401 *καὶ πῶς, ὦ μῶρε σὺ καὶ Κρονίων ὄζων καὶ βεκκεσέληνε, εἴπερ βάλλει τοὺς ἐπιώρκους, πῶς οὐχὶ Σίμων' ἐνέπρησεν οὐδὲ Κλεώνυμον οὐδὲ Θέωρον; καίτοι σφόδρα γ' εἰσ' ἐπίορκοι· ἀλλὰ τὸν αὑτοῦ γε νεὼν βάλλει καὶ Σούνιον ἄκρον Ἀθηνῶν, καὶ τὰς δρῦς τὰς μεγάλας· τί μαθών; οὐ γὰρ δὴ δρῦς γ' ἐπιορκεῖ.*

450. *Mimantis*] The MSS. reading is *pinusque minantis casus...feriat.* Sulpitius corrected *casus* into *Cassius*, Aldus changed *feriat* to *feriet:* the correction of *Mimantis* for *minantis* is due to Parrhasius. Oud. cf. Ov. Met. II 22 *et tandem Rhodope niuibus caritura Mimasque.*

451. *hoc—caput*] sc. Caesaris.

potius] i.e. rather than Jove.

Thyestae] is dative: 'in horror at Thyestes he hurried on the stars', i.e. brought on night before its time, cf. V 41 *fatorum impellite cursum.*

452. *Argos*] cf. note on I 543.

453. *tot similes*] 'will he grant the light of day to Thessaly that wields so many kindred swords of brethren and of fathers?' *similes* is equivalent to *cognatos*, as the swords of kinsmen are regarded as made after the same pattern.

455. *cladis tamen*] 'still for this overthrow we have our revenge, so far as the gods may give satisfaction to the earth', i.e. we revenge ourselves on the gods by

uindictam, quantam terris dare numina fas est.
bella pares superis facient ciuilia diuos:
fulminibus manes radiisque ornabit et astris,
inque deum templis iurabit Roma per umbras.
ut rapido cursu fati suprema morantem 460
consumpsere locum, parua tellure dirempti,
inde manus spectant uoltusque agnoscere quaerunt,
quo sua pila cadant, aut quae sibi fata minentur,
facturi quae monstra forent. uidere parentes
frontibus aduersis fraternaque comminus arma, 465
nec libuit mutare locum: tamen omnia torpor
pectora constrinxit: gelidusque in uiscera sanguis
perculsa pietate coit: totaeque cohortes
pila parata diu tensis tenuere lacertis.
di tibi non mortem, quae cunctis poena paratur, 470
sed sensum post fata tuae dent, Crastine, morti,
cuius torta manu commisit lancea bellum,

the insult done to them in deifying the Caesars.

457. *pares superis*] 'civil wars will raise dead Caesars to the level of the gods above'.

458. *fulminibus*] Rome will deck the dead with thunderbolts and rays and stars, and in the very temples of the gods swear by the shades of men'. There is at Rome a statue of Claudius representing him as grasping the thunderbolts, the special mark of Jove: for *radii*, cf. Verg. Aen. XII 162—164 *cui tempora circum aurati bis sex radii fulgentia cingunt, solis aui specimen*, and Conington's note.

manes] cf. VI 809.

459. *iurabit*] cf. Hor. Epp. I ii 6 *iurandasque tuom per nomen ponimus aras.*

461. *consumpsere*] 'when they got over all the space that yet delayed the final decision of destiny', cf. Catull. XXXV 7 *quare si sapiet uiam uorabit.* See also Manil. V 585 *tergaque consumunt pelagus*, i.e. cover all the sea.

462. *inde manus*] 'then they gaze upon their foemen's hands and seek to recognise their faces, to see where their own javelins are to light, or what javelins (i.e. whose) threaten them with death, while on the point of doing all that were horrible': for the indirect interrogation depending on the general sense of the preceding sentence, cf. Verg. Aen. II 120, 121 *obstupuere omnes gelidusque per ima cucurrit ossa tremor; cui fata parent, quem poscat Apollo.*

464. *forent*] is in the past tense following the historic present; see note on II 651.

466. *nec libuit*] 'nor yet did they care to shift their ground'. cf. Tac. Hist. III 25 *nec eo segnius propinquos adfines fratres trucidatos spoliant; factum esse scelus loquuntur faciuntque.*

467. *in uiscera*] 'to their heart', cf. Verg. G. II 484 *frigidus obstiterit circum praecordia sanguis.*

468. *perculsa pietate*] sc. *piis animis perculsis.*

469. *tensis*] 'held back with outstretched arms'.

470. *poena*] This is one of the very few passages in which among the ancients death is regarded in the light of a penalty: cf. Sen. dial. XII xiii § 2 *si ultimum diem non quasi poenam, sed quasi naturae legem adspicis, ex quo pectore metum eieceris, in id nullius rei timor audebit intrare.* See Lecky's History of European Morals, vol. I, chap. ii, p. 219 foll.

471. *sed sensum*] 'but may they give sensation after death to thee when dead', for this use of *mors*, cf. Cic. pro Milone § 86 *non fuisse credo fas...neque ullo in loco potius mortem eius lacerari quam in quo uita esse damnata.* Propert. II x 22 *nec sit in Attalico mors mea nixa toro.*

Crastine] For an account of Crastinus,

primaque Thessaliam Romano sanguine tinxit.
o praeceps rabies, cum Caesar tela teneret,
inuenta est prior ulla manus? tum stridulus aer 475
elisus lituis conceptaque classica cornu:
tunc ausae dare signa tubae: tunc aethera tendit
extremique fragor conuexa irrupit Olympi,
unde procul nubes, quo nulla tonitrua durant.
excepit resonis clamorem uallibus Haemus, 480
Peliacisque dedit rursus geminare cauernis:
Pindus agit fremitus, Pangaeaque saxa resultant,
Oetaeaeque gemunt rupes: uocesque furoris
expauere sui tota tellure relatas.
spargitur innumerum diuersis missile uotis. 485
uolnera pars optat, pars terrae figere tela
ac puras seruare manus. rapit omnia casus,
atque incerta facit quos uolt Fortuna nocentis.
sed quota pars cladis iaculis ferroque uolanti
exacta est. odiis solus ciuilibus ensis 490
sufficit et dextras Romana in uiscera ducit.
Pompeii densis acies stipata cateruis
iunxerat in seriem nexis umbonibus arma,
uixque habitura locum dextras ac tela mouendi
constiterat gladiosque suos compressa tenebat. 495
praecipiti cursu uaesanum Caesaris agmen

cf. Caes. B.C. III 91, Appian, Civil Wars II 82.

475. *prior*] 'to anticipate him'.

476. *elisus lituis*] 'was forced out of the clarions', cf. Ov. Met. VI 696 *exsiliantque cauis elisi nubibus ignes*, Plin. H. N. XI § 269 *elephas citra nares ore ipso sternumento similem elidit sonum, per nares autem tubarum raucitati.* Sen. Oed. 754 *lituusque adunco stridulos cantus elisit aere.*

conceptaque] 'and the signal is caught up by the horn', cf. Cic. N. D. II § 138 *ex eaque pars redditur respirando, pars concipitur cordis parte quadam.*

477. *aethera tendit*] 'mounts skyward'.

479. *unde procul*] i.e. the upper heaven above the clouds and thunderstorms.

quo—durant] 'to which—last through', 'penetrate', cf. Stat. Silu. V ii 153 *durabis quascunque uices uallumque subibis.*

480. *resonis*] A rare word used by Ov. Met. III 495, 496, *quotiensque puer miserabilis eheu dixerat, haec resonis iterabat uocibus eheu.*

481. *dedit—geminare*] cf. Verg. Aen. I 319 *dederatque comam diffundere uentis.*

484. *relatas*] 'reechoed from the whole land'.

485. *innumerum*] cf. Mart. VIII lv 2 *innumero quotiens silua leone furit.*

486. *uolnera*] i.e. to inflict wounds.

488. *incerta facit*] 'uncertain Fortune makes guilty whom she will', i.e. by causing their darts to strike a kinsman. cf. VI 79 *et fit saepe nefas iaculum temptante lacerto.*

493. *nexis umbonibus*] cf. Iuv. II 45 *sed illos defendit numerus iunctaeque umbone phalanges.*

495. *tenebat*] 'held back'. The Scholiast with some MSS. reads *timebat*, i.e. 'feared to hurt each other with their swords' for which Oud. cf. IV 779 *uix impune suos inter conuertitur enses.*

in densos agitur cuneos: perque arma, per hostem
quaerit iter. qua torta graues lorica catenas
opponit tutoque latet sub tegmine pectus,
hac quoque peruentum est ad uiscera: totque per arma
extremum est quod quisque ferit. ciuilia bella 501
una acies patitur, gerit altera: frigidus inde
stat gladius; calet omne nocens a Caesare ferrum.
nec Fortuna diu rerum tot pondera uertens
abstulit ingentes fato torrente ruinas. 505
ut primum toto diduxit cornua campo
Pompeianus eques bellique per ultima fudit,
sparsa per extremos leuis armatura maniplos
insequitur saeuasque manus immittit in hostem.
illic quaeque suo miscet gens proelia telo: 510
Romanus cunctis petitur cruor: inde sagittae,
inde faces et saxa uolant, spatioque solutae
aeris et calido liquefactae pondere glandes.

497. *cuneos*] 'columns' i.e. of the Pompeians.

perque—per] For the repetition of the preposition instead of a second *que* cf. Verg. Aen. x 370, 371 and Conington's note.

498. *catenas*] probably the lacings by which the armour was fastened together across the chest, cf. Verg. Aen. VII 467 *loricam consertam hamis auroque trilicem.*

501. *extremum est*] 'the last thing reached', i.e. *uiscera.*

503. *a Caesare*] 'on Caesar's side', cf. I 59.

504. *nec Fortuna*] The reading in the text is that found in almost all MSS. and in the Roman edition of 1469, and is, I believe, capable of defence. Grotius following a few MSS. changed *uertens* into *uergens*, which is adopted by Oud. and Weise. Lucan is here giving a summary of the battle before proceeding to describe the particular incidents, which he ends by saying 'and Fortune, taking but a short time to overthrow such weighty interests, swept away the ruins with the flood of doom'. *nec diu* is equivalent to *et non diu* as in I 72 *nec se ferens* to *et non se ferens*, cf. note ad loc. The use of *diu* in this sense with the present participle may, I think, be defended by a reference to VIII 672, 673 *nodosaque frangit ossa diu* i.e. 'takes a long time in breaking the knotty bones'. For *abstulit* cf. Tac. Ann. IV 13 *claritudine infausti generis et paternis aduersis foret abstractus.* The Scholiast explains *abstulit* by *distulit*, but the word could not bear this signification. Mr Postgate, besides adopting the *uergens* of Grotius, proposes to read *pondere* for *pondera* and *abstinet* for *abstulit:* if *nec diu* must be taken with the verb some such change seems necessary, but I believe the explanation given above of the MSS. reading to be a possible one. In any case the distinction apparently drawn between *Fortuna* and *fatum* is remarkable.

506. *diduxit*] 'separated its wings by the whole width of the plain', i.e. the cavalry were posted on the two extreme wings.

507. *belli*] 'of the warring host', compare the use of 'battle' in old English.

508. *sparsa*] equivalent to *emissa*, Weise.

510. *quaeque*] not as Weise says equivalent to *quaecunque;* the sentence is an asyndeton: 'each race joins battle with its own weapon: what all aim at is the blood of Romans'.

512. *faces*] cf. Verg. Aen. I 150 *iamque faces et saxa uolant, furor arma ministrat.*

513. *aeris*] 'melted by the distance through the air they traverse, and made fluid by their heated weight', i.e. by the

tunc et Ituraei Medique Arabesque soluti,
arcu turba minax, nusquam rexere sagittas: 515
sed petitur solus qui campis imminet aer;
inde cadunt mortes: sceleris sed crimine nullo
externum maculant chalybem; stetit omne coactum
circa pila nefas: ferro subtexitur aether,
noxque super campos telis conserta pependit. 520
tum Caesar metuens ne frons sibi prima labaret
incursu, tenet obliquas post signa cohortes:
inque latus belli, qua se uagus hostis agebat,
immittit subitum non motis cornibus agmen.
immemores pugnae nulloque pudore timendi 525
praecipites fecere palam ciuilia bella
non bene barbaricis umquam commissa cateruis.
ut primum sonipes transfixus pectora ferro
in caput effusi calcauit membra regentis,
omnis eques cessit campis, glomerataque nubes 530

heir weight evolves, because Lucan ses that the heavier they are the more ınce does the air offer, and so there re friction and more heat evolved.

ıefactae] cf. Verg. Aen. IX 588 *et : aduersi liquefacto tempora plumbo t.*

. *soluti*] equivalent to *discincti*, ·. Oud. cf. II 559. The Schol. explains as *qui sine imperatore sunt liberi*, ıe former is probably right. Weise *soluto*, apparently intending it to be as equivalent to *expedito*, but *arcus* ɪ would naturally mean 'a slackened

. *nusquam*] 'nowhere aimed their s at a mark'. Compare the account : Norman archers at the battle of ngs, Freeman's Norman Conquest, II, chapter xv, p. 497.

'. *mortes*] non tela sed certus interi- chol. cf. the use of *uolnus* in Verg. VII 533 *haesit enim sub gutture uol-*

eris] i.e. it involved no *scelus* for the n troops to kill Romans.

l. *coactum*] 'gathered to a head'.

). *pila*] cf. notes on I 7, X 48.

texitur] 'is hidden', cf. Verg. Aen. 33 *caelum subtexere fumo*, Aristoph. 1084 ὑπὸ δὲ τῶν τοξευμάτων οὐκ ἦν τὸν οὐρανόν, Herod. VIII 226.

). *nox—telis conserta*] 'a night of interlacing darts'.

521. *tum Caesar*] For these manœuvres cf. Caes. B. C. III 92, 93.

522. *tenet*] 'holds back his infantry ranged transversely behind the standards'.

524. *subitum—agmen*] i.e. the *cohortes* mentioned in v. 522.

525. *immemores pugnae*] 'regardless of the fight', cf. Hom. Il. VI 112 ἀνέρες ἔστε, φίλοι, μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς.

nulloque pudore timendi] 'with no shame for their cowardice': this seems a simpler explanation than Weise's, viz. 'not to be feared from any sense of honour', for which cf. Thuc. I 84 πολεμικοί τε καὶ εὐβούλοι διὰ τὸ εὔκοσμον γιγνόμεθα, τὸ μὲν ὅτι αἰδῶς σωφροσύνης πλεῖστον μετέχει, αἰσχύνης δὲ εὐψυχία.

526. *fecere palam*] 'showed plainly by their headlong flight that the conduct of civil war was never safely entrusted to barbaric hordes'.

527. *non bene*] cf. Verg. Ecl. III 94 *non bene ripae creditur*. Hor. Sat. II vi 46 *et quae rimosa bene deponuntur in aure.*

529. *effusi—regentis*] 'his thrown-off rider'. cf. Verg. Aen. X 893, 894 *effusumque equitem super ipse secutus implicat, eiectoque incumbit cernuus armo.*

530. *nubes*] This is the reading of the Schol., and according to Oud. of the best MSS. cf. Liv. XXXV 49 *rex peditum equitumque nubes iactat.* Weise reads *pubes.*

in sua conuersis praeceps ruit agmina frenis.
perdidit inde modum caedes ac nulla secuta est
pugna, sed hinc iugulis, hinc ferro bella geruntur.
nec ualet haec acies tantum prosternere quantum
inde perire potest. utinam, Pharsalia, campis 535
sufficiat cruor iste tuis, quem barbara fundunt
pectora; non alio mutentur sanguine fontes;
hic numerus totos tibi uestiat ossibus agros:
aut si Romano compleri sanguine mauis,
istis parce precor: uiuant Galataeque, Syrique, 540
Cappadoces, Gallique, extremique orbis Hiberi,
Armenii, Cilices: nam post ciuilia bella
hic populus Romanus erit. semel ortus in omnes
it timor et fatis datus est pro Caesare cursus.
uentum erat ad robur Magni mediasque cateruas. 545
quod totos errore uago perfuderat agros,
constitit hic bellum fortunaque Caesaris haesit.
illic non regum auxiliis collecta iuuentus
bella gerit ferrumque manus mouere rogatae:
ille locus fratres habuit locus ille parentes. 550
hic furor hic rabies hic sunt tua crimina, Caesar.
hanc fuge, mens, belli partem tenebrisque relinque,

532. *perdidit—modum*] equivalent to *sine modo erat*. cf. VIII 492.

533. *iugulis*] cf. IV 562.

537. *mutentur*] 'be dyed'. cf. Verg. Ecl. IV 43, 44 *ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti murice iam croceo mutabit uellera luto.*

538. *numerus*] 'multitude', cf. X 127 *tum famulae numerus turbae.* Cic. pro Font. § 13 *est praeterea numerus ciuium Romanorum.*

uestiat] For the metaphorical use of *uestire* cf. Verg. G. II 38 *olea magnum uestire Taburnum.*

541. *extremi*] Oud. cf. Hor. carm. I XXXV 29, 30 *serues iturum Caesarem in ultimos orbis Britannos;* but *extremi* here is probably genitive, agreeing with *orbis*. cf. VIII 223 *aeterni Martis Alanos.* id. 245 *placidi Colophona maris.*

Hiberi] i.e. probably the eastern Hiberi, inhabitants of the Caucasus.

544. *fatis*] probably dative, i.e. 'free course is given to fate in Caesar's favour'.

546. *quod totos*] 'the war which had covered all the plain with wandering bands of fugitives, here came to a standstill, and Caesar's fortune felt a check.'

errore] is equivalent to *errantibus*, abstract for concrete.

547. *haesit*] cf. Verg. Aen. XI 289, 290 *Hectoris Aeneaeque manu victoria Graium haesit.*

548. *auxiliis*] 'auxiliaries'. cf. Verg. Aen. VIII 7, 8 *undique cogunt auxilia.*

collecta] Oud. cf. Cic. ad fam. VII iii § 2 *signa, tirone et conlecticio exercitu, cum legionibus robustissimis contulit* (*Pompeius*).

549. *ferrumque*] The negative is carried on.

rogatae] 'sought by entreaty', cf. Ov. A. A. I 345 *quaeque negant gaudent tamen esse rogatae.*

551. *tua crimina*] 'the cause of your guilt'. cf. Verg. Aen. X 188 *crimen amor uestrum.*

552. *hanc fuge*] cf. Verg. Aen. II 1[illegible]

ue tantorum discat me uate malorum
multum bellis liceat ciuilibus aetas.
otius pereant lacrimae pereantque querelae. 555
iid in hac acie gessisti, Roma, tacebo.
iesar rabies populis stimulusque furorum,
a parte sui pereat scelus, agmina circum
us, atque animis ignes flagrantibus addit;
it et gladios, qui toti sanguine manent, 560
teant primo tantum mucrone cruenti,
presso tremat ense manus, quis languida tela,
ontenta ferat, quis praestet bella iubenti,
pugnare iuuet, quis uoltum ciue perempto
: obit latis proiecta cadauera campis: 565
a multorum totum fusura cruorem
ta premit ipse manu. quacumque uagatur,
neum ueluti quatiens Bellona flagellum,
as aut Mauors agitans, si uerbere saeuo
ia stimulet turbatos aegide currus, 570
igens scelerum et caedes oriuntur, et instar
isae uocis gemitus, et pondere lapsi

imus meminisse horret luc-

um—me uate] 'by my re-
of such great disasters'. cf.
XVI 65, 66 *quorum piis*
ie datur fuga.
lacrimae] i.e. the tears shed
c. Ann. VI 31 (25) *nondum*
rat, i.e. 'the grief caused

] 'source of fury'. cf. Verg.
hic subitam canibus rabiem
bicit.
a parte sui] 'lest in any
rces wicked war should be
sar is identified with his
. 653. For *perire* cf. notes
561.
ti] 'to see which reek from
with gore'. Oud. cf. Stat.
134 *pater ipse cruentis in*
ue nefas atque inspicit enses.
] cf. note on IV 706.
ita] 'strained to the full',
rnest.
] i.e. who fights only at his
g.
'he visits', 'inspects'. cf.
Verg. Aen. VI 801 *nec uero Alcides tantum telluris obiuit.*

566. *fusura*] 'that would else let out all their blood'.

567. *premit*] cf. Tac. Ann. XV 64 *obligare uenas, premere sanguinem.*

568. *ueluti*] sc. *uagatur.*

Bellona] cf. I 565, Verg. Aen. VIII 703 *quam cum sanguineo sequitur Bellona flagello.* Hor. Sat. II iii 223 *gaudens Bellona cruentis.*

569. *si*] equivalent to *sicubi*, 'when he would hurry on his team, terrified by Pallas' aegis', i.e. displayed in the ranks of the enemy. The reference is to the θεομαχία in Hom. Il. XX 54 foll.

570. *currus*] sc. *equos iugales* cf. Verg. G. III 91 *Martis equi biiuges, et magni currus Achillei.* Id. Aen. VII 162, 163 *ante urbem pueri et primaeuo flore iuuentus exercentur equis, domitantque in puluere currus.*

571. *nox*] 'tempest', cf. Verg. Aen. III 194, 195 *tum mihi caeruleus supra caput adstitit imber, noctem hiememque ferens.*

572. *immensae*] 'a groan like one vast cry'.

pondere lapsi]. 'and arms ring with his

pectoris arma sonant confractique ensibus enses.
ipse manu subicit gladios ac tela ministrat,
aduersosque iubet ferro confundere uoltus. 575
promouet ipse acies: impellit terga suorum:
uerbere conuersae cessantis excitat hastae.
in plebem uetat ire manus monstratque senatum.
scit cruor imperii qui sit quae uiscera rerum,
unde petat Romam, libertas ultima mundi 580
quo steterit ferienda loco. permixta secundo
ordine nobilitas uenerandaque corpora ferro
urgentur: caedunt Lepidos, caeduntque Metellos,
Coruinosque simul, Torquataque nomina, regum
saepe duces, summosque hominum te, Magne, remoto.
illic plebeia contectus casside uoltus, 586
ignotusque hosti, quod ferrum, Brute, tenebas.
o decus imperii, spes o suprema senatus,
extremum tanti generis per saecula nomen,
ne rue per medios nimium temerarius hostes, 590
nec tibi fatales admoueris ante Philippos,
Thessalia periture tua. nil proficis istic
Caesaris intentus iugulo: nondum attigit arcem
iuris, et humanum culmen, quo cuncta premuntur,
egressus meruit fatis tam nobile letum. 595

weight when he whose breast they cover falls. cf. Hom. Il. IV 504 δοιγήσεν δὲ τεύχεα δοιήρης δὲ τε τοῦ ἐν αἰτῇ.

575. *confundere*] 'to disfigure', cf. II 191, III 758. Ood. cf. Theocr. XXII 110 ὁ δ' ἀείκεν πλαγαῖς τὰν εὐεφρῆ πρόσωπον ἀείκεν Πολυδεύκης.

uoltus] cf. Caesar's order in Florus II xiii § 50 *uoltus ferirent feri*.

577. *cessantis*] 'loiterers'.

579. *scit cruor*] 'he knows what is the life-blood of the empire, what the heart of the state'.

uiscera] Ood. cf. Liv. XXXIV 48 *pretium uiscera... laceratione uisceribus militiae rimantur*.

580. *unde*] 'on what side to assail Rome'.

libertas ultima mundi] 'the last hope of freedom for the world'.

581. *secundo*] sc. the *ordo equester*.

584. *Torquataque nomina*] 'those that bore the name Torquatus', cf. Sil. Ital. XVII 492. 493 *iamque ardore trucis transit fortissima quaque nomina ferro*.

585. *duces*] i.e. who have often led kings under their command.

remoto] 'saving thee', equivalent to *excepto*.

586. *contectus*] i.e. disguised for the purpose of killing Caesar.

589. *extremum*] 'last bearer of the name of a family so great through ages'.

591. *admoueris*] cf. note on IV 480.

Philippos] cf. note on I 680.

592. *periture*] 'thou wilt still die in thy chosen land of Thessaly'.

593. *arcem iuris*] 'the summit of power', cf. Tac. dial. de orat. X *cum maxime res in ipsam arcem eloquentiae ferunt*. Sil. Ital. XIII 770. 771 *quae te uia, fortunarum ad diras et summas laudum perduxit arcis*.

594. *humanum culmen*.....*egressus* 'having passed the height of human g[illegible]

uiuat et ut Bruti procumbat uictima regnet.
hic patriae perit omne decus: iacet aggere magno
patricium campis non mixta plebe cadauer.
mors tamen eminuit clarorum in strage uirorum
pugnacis Domiti; quem clades fata per omnes 600
ducebant. nusquam Magni Fortuna sine illo
succubuit: uictus totiens a Caesare salua
libertate perit: tum mille in uolnera laetus
labitur ac uenia gaudet caruisse secunda.
uiderat in crasso uoluentem sanguine membra 605
Caesar, et increpitans; iam Magni deseris arma,
successor Domiti; sine te iam bella geruntur.
dixerat: ast illi suffecit pectora pulsans
spiritus in uocem morientiaque ora resoluit.
non te funesta scelerum mercede potitum, 610
sed dubium fati, Caesar, generoque minorem
adspiciens, Stygias Magno duce liber ad umbras
et securus eo: te saeuo Marte subactum,
Pompeioque graues poenas nobisque daturum,
cum morior, sperare licet. non plura locutum 615
uita fugit, densaeque oculos pressere tenebrae.

ss'. cf. V 250 Claudian VI Consul. Hor. 64 *inclinat populo regale modestia men.*

quo cuncta premuntur] 'by which all ings are overtopped' or 'dwarfed'. cf. v. Met. VII 447, 448 *si titulos annosque os numerare uelimus facta premant nos.* Stat. Silu. I ii 165, 166 *quantum atonia nymphas uirgo premit.* Id. Silu. II 50 *premit felix regum diademata Roma.* Neise understands the words somewhat ifferently viz. 'by which all things are rayed', comparing Verg. Aen. X 53, 54 *magna ditione iubeto Karthago premat Ausoniam.* See also X 49.

596. *uictima*] rarely used metaphorically, but cf. Sen. Herc. Oet. 351 *me nupiali uictimam feriat die.* See also IX 132, 386, 524.

598. *non mixta*] i.e. all the dead are atricians. Oud. following Sulpitius reads *mamixta.*

600. *Domiti*] cf. II 479 foll. This eu- of Domitius is intended as a compli- nt to his descendant Nero.

601. *nusquam*] 'nowhere did Magnus' ine succumb without his presence'.

604. *caruisse*] 'to have escaped a second pardon', cf. II 511.

607. *successor*] i.e. my would-be successor: he had been appointed by the senate to succeed Caesar in the government of Gaul, Caes. B.C. I 6. With this use of *successor* for one who had not actually become so compare the use of *gener* in Verg. Aen. II 341—344 *iuuenisque Coroebus Mygdonides: illis ad Troiam forte diebus uenerat insano Cassandrae incensus amore, et gener auxilium Priamo Phrygibusque ferebat.*

608. *ast illi*] 'but the breath that heaved his chest was yet enough to suffer him to speak'.

611. *dubium fati*] 'doubtful of thy future fate', cf. Ov. Trist. III iii 25 *sum uitae dubius.*

613. *te saeuo*] 'at the moment of my death I yet may hope that thou subdued in cruel war wilt pay a heavy penalty to Pompeius and to me'.

616. *densaeque*] cf. Hom. Il. V 659 τὸν δὲ κατ' ὀφθαλμῶν ἐρεβεννὴ νὺξ ἐκάλυψεν.

tenebrae] cf. Verg. Aen. XI 824 *tenebris nigrescunt omnia circum.*

impendisse pudet lacrimas in funere mundi
mortibus innumeris, ac singula fata sequentem
quaerere, letiferum per cuius uiscera uolnus
exierit; quis fusa solo uitalia calcet; 620
ore quis aduerso demisso faucibus ense
expulerit moriens animam; quis corruat ictu,
quis steterit, dum membra cadunt: quis pectore tela
transmittat, uel quos campis affixerit hasta:
quis cruor emissus perruperit aera uenis 625
inque hostis cadat arma sui: quis pectora fratris
caedat, et, ut notum possit spoliare cadauer,
abscisum longe mittat caput: ora parentis
quis laceret, nimiaque probet spectantibus ira, 629
quem iugulat non esse patrem. mors nulla querela
digna sua est, nullosque hominum lugere uacamus.
non istas habuit pugnae Pharsalia partes
quas aliae clades: illic per fata uirorum,
per populos hic Roma perit: quae militis illic,
mors hic gentis erat: sanguis ibi fluxit Achaeus, 635
Ponticus, Assyrius: cunctos haerere cruores
Romanus campisque uetat consistere torrens.
maius ab hac acie quam quod sua saecula ferrent
uolnus habent populi: plus est quam uita salusque

617. *in funere mundi*] 'when the world is perishing'.

620. *quis fusa*] 'who treads upon his vitals trailing on the ground'.

621. *ore quis aduerso*] 'who standing face to face with the foe exhaled his breath, when the sword was struck deep into his throat'. Oud. cf. Ov. Heroid. XIV 5, 6 *quod manus extimuit iugulo demittere ferrum sum rea.*

623. *membra*] i.e. his arms.

624. *transmittat*] 'allows the weapons to pass through his breast', cf. note on III 660.

625. *quis*] is probably dative plural in this line.

perruperit] Oud. cf. Ov. Met. IV 121—124 *ut iacuit resupinus humi cruor emicat alte, non aliter quam cum uitiato fistula plumbo scinditur, et tenues stridente foramine longe eiaculatur aquas atque ·-tibus aera rumpit.*

626. *inque hostis*] cf. Lucret. IV 1045—1047 *namque omnes plerumque cadunt in uolnus et illam emicat in partem sanguis unde icimur ictu; et si comminus est hostem ruber occupat umor.*

630. *mors nulla*] 'no death deserves a lamentation of its own', i.e. peculiar to it.

631. *hominum*] 'no individuals', i.e. we have no time for special, only for general mourning.

632. *non istas*] 'had not the same character of fighting'.

636. *cunctos*] sc. *exterorum:* 'the torrent of Roman blood forbids all the rest to linger and to stagnate on the plains'.

639. *uolnus*] 'a greater blow', cf. V 1 Tac. Agric. VII *sequens annus graui uulnere animum domumque eius adflixit.*

quod perit: in totum mundi prosternimur aeuom.
uincitur his gladiis omnis quae seruiet aetas. 641
proxima quid suboles, aut quid meruere nepotes
in regnum nasci? pauidi num gessimus arma,
teximus aut iugulos? alieni poena timoris
in nostra ceruice sedet: post proelia natis 645
si dominum, Fortuna, dabas et bella dedisses.
iam Magnus transisse deos Romanaque fata
senserat infelix: tota uix clade coactus
fortunam damnare suam. stetit aggere campi
eminus, unde omnes sparsas per Thessala rura 650
adspiceret clades quae bello obstante latebant.
tot telis sua fata peti, tot corpora fusa,
ac se tam multo pereuntem sanguine uidit.
nec, sicut mos est miseris, trahere omnia secum
mersa iuuat gentesque suae miscere ruinae: 655
ut Latiae post se uiuat pars maxima turbae,
sustinuit dignos etiam nunc credere uotis
caelicolas, uouitque sui solacia casus:
parcite, ait, superi, cunctas prosternere gentes:
stante potest mundo Romaque superstite Magnus 660
esse miser. si plura iuuant mea uolnera, coniunx

640. *in totum*] 'to all the future ages the world'.
641. *quae seruiet*] 'which shall ever e in slavery'.
642. *proxima suboles*] 'the next genei ion'.
645. *sedet*] 'is planted', a metaphor m the yoke under which defeated ar- es were compelled to pass.
646. *dedisses*] i.e. *dare debebas*, cf. note 439 supr.
bella] i.e. the chance of fighting for our edom.
647. *transisse*] 'had changed sides', Verg. Aen. II 326 *ferus omnia Iuppiter gos transtulit.*
648. *tota uix clade*] 'scarcely induced the whole disaster to be discontented th his fortune', i.e. still thinking that s life had been on the whole prosperous: is seems better than the explanation of e Scholiast, uix potuit de nota felicitate fidere, seeing that in the preceding line was said that Pompeius had perceived that Fortune had changed sides.
651. *bello obstante*] 'while the warring hosts stood in his way', cf. Stat. Theb. IX 490 *quid faciat bellis obsessus et undis?* Sil. Ital. VII 472 *sed uictae fera bella deae uexere per aequor.*
653. *ac se*] nam exercitus est corpus imperatoris. Schol. cf. supr. 558.
654. *trahere*] Oud. cf. Sil. Ital. VIII 335—337 *trahit omnia secum, et metuit demens alio ne consule Roma concidat.*
657. *sustinuit*] 'endured still to think the gods worthy of his prayers', i.e. notwithstanding their injustice to him.
658. *uouitque*] 'prayed for something to comfort him in his fall'. *uouit* appears to be the reading of the best MSS., but is rejected by Weise on account of the preceding *uotis:* he reads *uoluit*. For *uouere* cf. note on III 127.
659. *parcite*] For *parcere* with the infinitive, cf. Verg. Ecl. III 94 *parcite, oues, nimium procedere.*

est mihi, sunt nati; dedimus tot pignora fatis.
ciuiline parum est bello si meque meosque
obruis? exiguae clades sumus orbe remoto?
omnia quid laceras? quid perdere cuncta laboras? 665
iam nihil est, Fortuna, meum. sic fatur: et arma
signaque et adflictas omni iam parte cateruas
circuit, et reuocat matura in fata ruentis,
seque negat tanti. nec deerat robur in enses
ire duci, iuguloque pati uel pectore letum: 670
sed timuit strato miles ne corpore Magni
non fugeret supraque ducem procumberet orbis:
Caesaris aut oculis uoluit subducere mortem,
nequidquam. infelix, socero spectare uolenti 674
praestandum est ubicumque caput. sed tu quoque, coniunx
causa fugae uoltusque tui: fatisque negatum
te praesente mori. tum Magnum concitus aufert
a bello sonipes non tergo tela pauentem
ingentesque animos extrema in fata ferentem.
non gemitus non fletus erat saluaque uerendus 680
maiestate dolor, qualem te, Magne, decebat
Romanis praestare malis. non impare uoltu
adspicis Emathiam: nec te uidere superbum
prospera bellorum nec fractum aduersa uidebunt.
quamque fuit laeto per tres infida triumphos, 685

662. *tot pignora*] sc. in quae saeuiant si meo sanguine delectantur. Schol.

664. *obruis*] So Sulpitius reads with some MSS. making the words an apostrophe to Fortune: uolgo *obruat*.

clades sumus] cf. II 708 *exigua est fugiens uictoria Magnus.*

remoto] cf. 585 supr.

666. *meum*] facta enim sunt cuncta uictoris. Schol.

669. *seque negat tanti*] sc. pretii esse ut pro se omnes mori debeant. Schol.

671. *ne...non fugeret*] 'should refuse to fly'.

674. *spectare uolenti*] 'eager for the sight'.

675. *ubicumque*] 'wheresoe'er it be'. Oud. cf. Ov. Amor. III x 5 *te dea munificam gentes ubicunque loquuntur.*

676. *uoltusque tui*] 'the thought of thy face', or perhaps 'the desire to see thy face'.

fatisque negatum] 'but the fates forbi that he should die in thy presence', i Cornelia was denied the consolation attending on her husband at his death she only saw his murder from a distanc cf. VIII 636—640. *que* is to be taken, often, disjunctively. Sulpitius, who followed by Weise, conjectured *prohibu est*, but the explanation given above seem to me to make any change unnecessary.

679. *ingentesque*] 'but carrying his courage to meet his final doom'.

680. *saluaque*] 'grief that deserv respect with dignity unimpaired'.

682. *non impare*] 'unaltered'.

685. *quamque*] sc. *quamque mai fuit*, i.e. as much as thou wast superior fickle Fortune when prosperous in th midst of thy three triumphs, so much thou still superior to her in adversity.

ro Fortuna minor. iam pondere fati
ɜecurus abis: nunc tempora laeta
: uacat: spes numquam implenda recessit.
s nunc scire licet. fuge proelia dira,
: deos nullum qui perstet in armis 690
Magne, mori: ceu flebilis Africa damnis,
unda nocens, Pharioque a gurgite clades,
essalicae post te pars maxima pugnae.
Pompeii nomen populare per orbem
ım belli: sed par quod semper habemus 695
t Caesar erunt: teque inde fugato
noriens sibi se pugnasse senatus.
iuuat pulsum bellis cessisse nec istud
ɜse nefas, spumantis caede cateruas?
rbatos incursu sanguinis amnes, 700
miserere tui. quo pectore Romam
ıctus campis felicior istis?
in ignotis solus regionibus exsul,
sub Phario positus patiere tyranno,
ɜ, longo fatorum crede fauori, 705
ɜius erat. prohibe lamenta sonare,
populos, lacrimas luctusque remitte.
Pompeii quam prospera mundus adoret.
ɜcurus uoltu non supplice reges:

ɜ] cf. Ov. Trist. II 237, *itur tantarum pondere nostros euoluisse iocos?*
implenda] 'thy hopes be fulfilled'.
hy sake', cf. I 45.
the same footing as is the greater part of t after thou art gone', liberty, not for Pom-

] 'the disasters arising wave', i.e. the losses in his contest with the ce.
'it will not now be hat will be popular rld, nor eagerness to : the pitted pair, we will be Liberty and

695. *par*] cf. note on VI 3.
697. *sibi*] sc. *non tibi.*
698. *nec istud*] 'and to have escaped the full sight of these horrors'.
702. *felicior*] cf. II 221.
703. *ignotis*] cf. notes on I 170, X 32.
705. *crede deis*] perpetuus in te deorum fauor fidem tibi faciat e duobus malis id tibi euenisse quod erat minus: minus malum est bello ciuili uinci quam uincere: ni ita esset, uictorem te fecissent di. Grotius.
706. *peius erat*] cf. Verg. G. II 132, 133 *et si non alium longe iactaret odorem laurus erat.*
sonare] may be either active with *populus* as its subject, or less probably neuter.
707. *remitte*] 'dispense with', i.e. although they are thy due. cf. VI 248.

adspice possessas urbes donataque regna, 710
Aegyptum Libyamque: et terras elige morti.
uidit prima tuae testis Larissa ruinae
nobile nec uictum fatis caput. omnibus illa
ciuibus effudit totas per moenia uires:
obuia, ceu laeto, praemittunt munera flentes: 715
pandunt templa domos; socios se cladibus optant.
scilicet immenso superest ex nomine multum:
teque minor solo, cunctas impellere gentes
rursus in arma potes, rursusque in fata redire.
sed, quid opus uicto populis aut urbibus? inquit: 720
uictori praestate fidem. tu, Caesar, in alto
caedis adhuc cumulo patriae per uiscera uadis:
at tibi iam populos donat gener. auehit inde
Pompeium sonipes: gemitus lacrimaeque sequuntur,
plurimaque in saeuos populi conuicia diuos. 725
nunc tibi uera fides quaesiti, Magne, fauoris
contigit ac fructus. felix se nescit amari.
Caesar ut Hesperio uidit satis arua natare
sanguine, parcendum ferro manibusque suorum
iam ratus, ut uiles animas perituraque frustra 730
agmina permisit uitae. sed castra fugatos
ne reuocent pellatque quies nocturna pauorem,
protinus hostili statuit succedere uallo,
dum Fortuna calet, dum conficit omnia terror,
non ueritus, graue ne fessis ac Marte subactis 735
hoc foret imperium. non magno hortamine miles
in praedam ducendus erat: uictoria nobis

710. *possessas...donata*] sc. *a te olim.*
711. *morti*] emphatic, *non proelio.* Oud.
712. *Larissa*] cf. Caesar B.C. III 96, where a different account is given of the feelings of the people of Larissa.
716. *optant*] 'choose', cf. Verg. Aen. VIII 503 *externos optate duces.*
718. *teque minor solo*] 'conquered by thyself alone', cf. Hor. Epp. I x 35, 36 *minor in certamine longo implorauit opes hominis.*
719. *fata*] sc. *priora.* cf. 686 supr.
722. *patriae*] cf. Verg. Aen. VI 834 *neu patriae ualidas in uiscera uertite uis*
725. *conuicia*] cf. IX 187.
729. *parcendum ferro*] cf. Verg. G 339 *hibernis parcebant flatibus Euri.* Aen. IX 656 *cetera parce, puer, bello.*
731. *permisit uitae*] gave over to i.e. 'suffered to live'. cf. Verg. Aen 640 *Dardaniique rogum capitis permi flammae.*
734. *calet*] cf. Cic. ad fam. VIII i *nam et illi rumores de comitiis Transp norum Cumarum tenus caluerunt.*
735. *Marte subactis*] 'worn out fighting'.

plena, uiri, dixit: superest pro sanguine merces,
quam monstrare meum est: neque enim donare uocabo
quod sibi quisque dabit. cunctis en plena metallis 740
castra patent: raptum Hesperiis e gentibus aurum
hic iacet, Eoasque premunt tentoria gazas.
tot regum Fortuna simul Magnique coacta
exspectat dominos: propera praecedere, miles,
quos sequeris: quascumque tuas Pharsalia fecit, 745
a uictis rapiuntur opes. nec plura locutus
impulit amentes aurique cupidine caecos
ire super gladios supraque cadauera patrum,
et caesos calcare duces. quae fossa, quis agger
sustineat pretium belli scelerumque petentis? 750
scire uolant quanta fuerint mercede nocentes.
inuenere quidem spoliato plurima mundo
bellorum in sumptus congestae pondera massae:
sed non impleuit cupientis omnia mentes.
quidquid fodit Hiber quidquid Tagus extulit auri, 755
quod legit diues summis Arimaspus harenis
ut rapiant, paruo scelus hoc uenisse putabunt:
cum sibi Tarpeias uictor desponderit arces,
cum spe Romanae promiserit omnia praedae:
decipitur quod castra rapit. capit impia plebes 760
caespite patricio somnos: uacuomque cubile
regibus infandus miles premit: inque parentum

740. *metallis*] i.e. wealth, cf. Hor. p. I x 39 *potiore metallis libertate caret.*
742. *premunt*] 'cover', 'contain', cf. I 757, Mart. III xl 2 *ex opibus tantis is grauis arca premit.*
744. *propera*] 'haste to anticipate se whom you are pursuing'.
746. *rapiuntur*] 'are being plundered the vanquished'. *rapiuntur*, accord- to Grotius, is the reading of the best S. Weise retains *rapiantur* which is reading of most editions, i.e. 'let... snatched from the vanquished'.
750. *sustineat*] 'could hold out a- nst', cf. Ov. Met. XIII 384, 385 *tora qui solus qui ferrum ignemque emque sustinuit totiens unam non tinet iram.*
751. *uolant*] Most MSS. have *uolunt*, e *ruunt:* the Scholiast's explanation is *festinant:* from the combination of these readings *uolant* has been conjectured and is adopted by Weise.
754. *non impleuit*] sc. *massa*, 'it could not satisfy their minds which were greedy for all the world'.
755. *fodit*] equivalent to *effodit* cf. Liv. XXVIII 3 *argentum etiam incolae fodiunt.*
Tagus] cf. Iuv. III 54, 55 *tanti tibi non sit opaci omnis harena Tagi quodque in mare uoluitur aurum.* Id. XIV 299.
756. *Arimaspus*] cf. Herod. III 116.
757. *ut*] 'though'.
paruo—uenisse] 'they will think their guilt has been cheaply sold', i.e. that they have been insufficiently paid for their guilty warfare.
760. *castra*] sc. *non Romam* Schol.
761. *patricio*] cf. Caes. B.C. III 96.

inque toris fratrum posuerunt membra nocentes:
quos agitat uaesana quies somnique furentes;
Thessalicam miseri uersant in pectore pugnam. 765
inuigilat cunctis saeuom scelus, armaque tota
mente agitant, capuloque manus absente mouentur.
ingemuisse putes campos terramque nocentem
inspirasse animas, infectumque aera totum
manibus et superam Stygia formidine noctem. 770
exigit a miseris tristes uictoria poenas,
sibilaque et flammas infert sopor: umbra perempti
ciuis adest: sua quemque premit terroris imago.
ille senum uoltus iuuenum uidet ille figuras:
hunc agitant totis fraterna cadauera somnis: 775
pectore in hoc pater est: omnes in Caesare manes.
haud alios, nondum Scythica purgatus in ara,
Eumenidum uidit uoltus Pelopeius Orestes:
nec magis adtonitos animi sensere tumultus,
cum fureret, Pentheus, aut, cum desisset, Agaue. 780
hunc omnes gladii, quos aut Pharsalia uidit,
aut ultrix uisura dies stringente senatu,
illa nocte premunt: hunc infera monstra flagellant.
heu quantum poenae misero mens conscia donat,
quod Styga, quod manes, ingestaque Tartara somnis

764. *quos*] sc. *at eos*. cf. Hor. Sat. I i 32—36 *sicut paruola nam exemplo est magni formica laboris ore trahit quodcunque potest atque addit aceruo quem struit haud ignara ac non incauta futuri*: quae *simul inuersum contristat Aquarius annum non usquam prorepit*. Id. id. 41—43 *quid iuuat immensum te argenti pondus et auri furtim defossa timidum deponere terra?* quod *si comminuas uilem redigatur ad assem*.

quies] i.e. dreams, cf. Stat. Theb. X 324 *praesaga quies*.

766. *inuigilat*] cf. Stat. Theb. III 4, 5 *inuigilant animo scelerisque parati supplicium exercent curae*.

767. *mouentur*] i.e. feeling for the sword. cf. Hom. Od. XI 531 ξίφεος δ' ἐπεμαίετο κώπην.

769. *inspirasse*] 'had breathed into them the souls of the slain'.

770. *superam—noctem*] 'the night on earth' i.e. *infectam esse*.

776. *omnes*] singuli, inquit, singulos uidebant: Caesar autem uniuersos. Schol.

780. *cum desisset*] sc. *furere*, i.e. when she had discovered that it was her son whom she had slain. cf. Eur. Bacch. 1270—1285.

782. *ultrix—dies*] i. e. the Ides of March B.C. 44.

stringente senatu] 'when the senate drew the sword'.

784. *donat*] equivalent to *remittit*, 'exempts from', 'spares', cf. IX 1016. Petron. 18 *contemni turpe est, legem donare superbum*. The meaning of the passage is that Caesar gets off cheaply now while Pompeius is yet alive, as he will have to suffer far worse pangs of conscience after the death of the latter.

785. *ingesta*] 'thrust upon his sleep'. Oud. cf. Stat. Theb. VII 465—467 *bacchatur utrisque Tisiphone castris; fratrem huic fratrem ingerit illi, aut utrique patrem*.

?ompeio uiuente uidet. tamen omnia passo 786
ɔostquam clara dies Pharsalica damna retexit
ıulla loci facies reuocat feralibus aruis
ıaerentis oculos. cernit propulsa cruore
lumina et excelsos cumulis aequantia colles 790
:orpora, sidentis in tabem spectat aceruos,
:t Magni numerat populos: epulisque paratur
lle locus, uoltus ex quo faciesque iacentum
ıgnoscat. iuuat Emathiam non cernere terram
:t lustrare oculis campos sub clade latentis: 795
ortunam superosque suos in sanguine cernit.
ıc ne laeta furens scelerum spectacula perdat,
nuidet igne rogi miseris, caeloque nocenti
ngerit Emathiam. non illum Poenus humator
:onsulis, et Libyca succensae lampade Cannae, 800
:ompellunt hominum ritus ut seruet in hostes.
ed meminit nondum satiata caedibus ira
:iues esse suos. petimus non singula busta
liscretosque rogos: unum da gentibus ignem:
ıon interpositis urantur corpora flammis. 805
ıut generi si poena iuuat, nemus exstrue Pindi,
:rige congestas Oetaeo robore siluas,
Thessalicam uideat Pompeius ab aequore flammam.
ıil agis hac ira: tabesne cadauera soluat
.n rogus haud refert: placido natura receptat 810

nulla—reuocat] 'does not at all ıw', cf. note on 25 supr.

propulsa] 'driven down in flood'.

sidentis] 'settling down', so the Weise reads *depressos* which is ap- y an explanatory gloss.

numerat] According to Caes. B.C. he number of Pompeians killed at ia was fifteen thousand.

non cernere] i.e. because of the of corpses. Oud. cf. Sil. Ital. XI *fluuium et campos abscondit caede n.*

fortunam] Many MSS. omit this hich is awkwardly introduced: the on of *cernere* is objectionable.

This construction of *inuidere* with ative is very rare: cf. Tac. Ann. I *ostes quidem sepultura inuident.*

799. *ingerit*] 'casts Emathia in the face of guilty heaven'.

humator] cf. Liv. XXII 52.

800. *succensae*] 'fired with the Libyan torch', i. e. where the funeral piles of the Roman dead were kindled by the Carthaginians.

803. *ciues*] i.e. *non hostes:* to them he would not have refused burial. Compare the language attributed to Vitellius by Suetonius, Vit. 10 *optime olere occisum hostem, et melius ciuem.*

805. *non interpositis*] i.e. *continuis*, 'with no gaps between them'.

806. *generi*] i.e. if you wish to cause greater pain to Pompeius.

810. *receptat*] 'gathers', cf. Lucret. II 1000, 1001 *quod missum est ex aetheris oris id rursum caeli rellatum templa receptant.*

cuncta sinu finemque sui sibi corpora debent.
hos, Caesar, populos si nunc non usserit ignis,
uret cum terris, uret cum gurgite ponti.
communis mundo superest rogus ossibus astra
mixturus. quocumque tuam Fortuna uocabit, 815
hae quoque eunt animae. non altius ibis in auras,
non meliore loco Stygia sub nocte iacebis.
libera Fortunae mors est: capit omnia tellus
quae genuit: caelo tegitur qui non habet urnam.
tu, cui dant poenas inhumato funere gentes, 820
quid fugis hanc cladem? quid olentis deseris agros?
has trahe, Caesar, aquas: hoc, si potes, utere caelo.
sed tibi tabentes populi Pharsalica rura
eripiunt camposque tenent uictore fugato.
non solum Haemonii funesta ad pabula belli 825
Bistonii uenere lupi, tabemque cruentae
caedis odorati Pholoen liquere leones.
tunc ursi latebras, obsceni tecta domosque
deseruere canes, et quidquid nare sagaci
aera non sanum motumque cadauere sensit. 830
iamque diu uolucres ciuilia castra secutae
conueniunt. uos, quae Nilo mutare soletis
Threicias hiemes, ad mollem serius Austrum

811. *finemque sui*] 'owe to themselves their own end', i.e. naturally decay.

814. *communis*] This was the doctrine of the Stoics, cf. Sen. dial. VI xxvi § 6 *cum tempus aduenerit quo se mundus renouaturus exstinguat uiribus ista se suis caedent et sidera sideribus incurrent et omni flagrante materia uno igne quidquid nunc ex disposito lucet ardebit.* Id. N. Q. III xiii § 2 *ita ignis exitus mundi, umor primordium.*

815. *tuam*] sc. *animam.*

818. *libera*] 'death is free from Fortune's sway', i.e. Fortune has no power over the dead: for *liber* with genitive cf. IV 384. Verg. Aen. X 154 *libera fati.*

819. *quae genuit*] cf. Aesch. choeph. 127, 128 *καὶ γαῖαν αὐτὴν ἣ τὰ πάντα τίκτεται θρέψασα δ' αὖθις τῶνδε κῦμα λαμβάνει.* Shelley, *Queen Mab* "Thus do the generations of the earth Go to the grave and issue from the womb, Surviving still the imperishable change That renovates the world".

caelo tegitur] Compare the line Maecenas quoted by Seneca Epp. XI 4 (92) § 35 *nec tumulum curo; sepe natura relictos.*

820—822. These three lines are found in some of the best MSS., and not commented on by the Scholiast. *humato funere* seems a strange expression.

822. *trahe*] 'drink', *utere* 'breathe'

825. *Haemonii*] to be taken with *belli*, not, as Weise punctuates, with *lupi*

827. *Pholoen*] A mountain in Arcadia the geography is vague.

830. *motum*] 'changed', cf. Ov. Trist. V vi 23—25 *non adeo toti fatis urgeor iniquis ut mea sit longis mens quoque mala malis; finge tamen motam.*

832. *uos*] sc. *grues*, 'cranes', cf. 711 foll.: these birds are wrongly supposed by Lucan to feed on carrion.

istis, aues. numquam tanto se uolture caelum
induit aut plures presserunt aera pennae; 835
omne nemus misit uolucres omnisque cruenta
alite sanguineis stillauit roribus arbor.
saepe super uoltus uictoris et impia signa
aut cruor aut alto defluxit ab aethere tabes,
membraque deiecit iam lassis unguibus ales. 840
sic quoque non omnis populus peruenit ad ossa,
inque feras discerptus abit: non intima curant
uiscera nec totas auidae sorbere medullas:
degustant artus. Latiae pars maxima turbae
fastidita iacet: quam sol nimbique diesque 845
longior Emathiis resolutam miscuit aruis.

Thessalia infelix quo tanto crimine tellus
laesisti superos, ut te tot mortibus unam,
tot scelerum fatis premerent? quod sufficit aeuom
immemor ut donet belli tibi damna uetustas? 850
quae seges infecta surget non decolor herba?
quo non Romanos uiolabis uomere manes?
ante nouae uenient acies, scelerique secundo
praestabis nondum siccos hoc sanguine campos.
omnia maiorum uertamus busta licebit, 855
et stantis tumulos, et qui radice uetusta
effudere suas uictis compagibus urnas:
plus cinerum Haemoniae sulcis telluris aratur,

834. *tanto uolture*] 'with such a cloud vultures'.
835. *presserunt*] 'burdened', 'weighed wn'.
837. *roribus*] cf. Verg. Aen. VIII 645 *rsi rorabant sanguine uepres.*
841. *peruenit ad ossa*] 'were reduced skeletons'.
844. *degustant*] 'they barely taste', Tac. Ann. VI 26 (20) *et tu Galba quan-ue degustabis imperium.* Quintil. IV i 4 *degustanda tamen haec prooemio non sumenda.*
845. *fastidita*] sc. *ab auibus.*
nimbi] cf. Hom. Od. I 161 οὔ δὴ λεύκ' *ea πύθεται ὄμβρῳ.*
847. *quo tanto*] cf. Verg. Aen. II 42 *iseri quae tanta insania ciues?*
849. *scelerum fatis*] 'fated crimes'.
ufficit] 'is long enough'.
850. *immemor—donet*] 'forget and forgive'. cf. IX 144, 1088. Cic. ad fam. V iv § 2 *tuas inimicitias ut reipublicae donares te uicisti.*
uetustas] 'lapse of time', cf. note on III 471.
851. *infecta—herba*] Compare the account of the field of Landen in Macaulay's *History*, vol. IV chapter xx p. 15.
853. *nouae*] The usual confusion between Pharsalia and Philippi, cf. note on I 694.
856. *et—et*] 'both—and'.
radice—uetusta] 'ancient tree-roots', i.e. of fig trees, cf. Iuv. X 143—146 *titulique cupido haesuri saxis cinerum custodibus, ad quae discutienda ualent sterilis mala robora ficus; quandoquidem data sunt ipsis quoque fata sepulcris.*

pluraque ruricolis feriuntur dentibus ossa.
nullus ab Emathio religasset litore funem 860
nauita, nec terram quisquam mouisset arator
Romani bustum populi: fugerentque coloni
umbrarum campos, gregibus dumeta carerent:
nullusque auderet pecori permittere pastor
uellere surgentem de nostris ossibus herbam: 865
ac uelut impatiens hominum uel solis iniqui
limite uel glacie, nuda atque ignota iaceres,
si non prima nefas belli sed sola tulisses.
o superi, liceat terras odisse nocentis.
quid totum premitis, quid totum soluitis orbem? 870
Hesperiae clades et flebilis unda Pachyni
et Mutina et Leucas puros fecere Philippos.

859. *dentibus*] cf. Verg. G. I 493—497 *scilicet et tempus uenit cum finibus illis agricola incurua terram dimouit aratro exesa inueniet scabra robigine pila, aut grauibus rastris galeas pulsabit inanes, grandiaque effossis mirabitur ossa sepulcris.*

860. *religasset*] 'would have fastened to', cf. Verg. Aen. VII 106 *grauiuae rigat religant ad aggere classem.* *religare* more commonly takes the ablative without *ad*. cf. Hor. carm. I xxxii 7. 8 *nisi iactatam religarat ad litore navem.* Id. Sat. I v 18. 19 *navis pulsam religamus ad aggerem navis figer saxo religat.*

863. *umbrarum campos*] 'the spectre-haunted plains'.

866. *impatiens hominum*] 'made uninhabitable by the zone of the scorching sun or by ice', cf. Hor. carm. I xxii 21, 22 *pone sub curru nimium propinqui solis in terra domibus negata.*

868. *si non prima*] 'hadst thou been, not the first, but the only land to endure the curse of civil war'.

869. *adisse*] i.e. which we cannot now do, as all the world is equally guilty.

870. *premitis*] 'weigh down with guilt'. *soluitis*, 'free from guilt'. nam alter locus alterum liberat culpa. Weise.

871. *Hesperiae*] sc. at Munda, cf. note on I 40.

872. *puros*] respectu maiorum etiam cladium. Schol.

M. ANNAEI LUCANI

PHARSALIAE

LIBER OCTAVUS.

ARGUMENT OF BOOK VIII.

npeius flies to Lesbos: he consoles his wife 1—85; her answer 86—108. The people of Mitylene offer him shelter, which he declines 109—158. He sails from Lesbos 159—201, meets his son Sextus, and sends Deiotarus to rouse the East 202—243. Pompeius proceeds to Phaselis in Cilicia, holds a council and proposes to seek the aid of the Parthians 243—325. Lentulus opposes this plan, and recommends Egypt as a refuge 325—455, to which they sail 456—471. In the council of King Ptolemaeus Pothinus persuades him to murder Pompeius 472—540. Apostrophe to Egypt and Ptolemaeus 541—560. Pompeius is induced to enter a small boat, and is murdered by Septimius 560—636. Laments of Cornelia 637—662. The head of Pompeius is cut off and embalmed 663—691, reflexions on his death 692—711. His body is buried by Cordus 712—793, reflexions on his burial 793—328. Apostrophe to Egypt 823—872.

Iam super Herculeas fauces nemorosaque Tempe,
Haemoniae deserta petens dispendia siluae,
cornipedem exhaustum cursu stimulisque negantem
Magnus agens incerta fugae uestigia turbat
implicitasque errore uias. pauet ille fragorem 5

· *Herculeas fauces*] i.e. the pass of npe, said to have been made by Hers, cf. VI 347.

· *dispendia*] loss of time, and so what ses it, viz. circuitous paths. cf. Mart. c 5 *tu qui longa potes dispendia ferre rem.* Compare also Ov. Met. III 234 *per compendia montis anticipata uia est.*

· *stimulisque—negantem*] 'refusing to obey the spur'. Oud. cf. Stat. Silu. III i 124 *saxa negantia ferro*, id. Theb. II 668 669 *ast tamen illi membra negant.*

4. *incerta*] proleptic, 'confounds his footsteps so that they may not be recognised'.

5. *implicitas errore uias*] 'paths made involved by following winding courses'. cf. Verg. Aen. V 589, 591, of the Laby-

motorum uentis nemorum, comitumque suorum,
qui post terga ferit, trepidum laterique timentem
exanimat. quamuis summo de culmine lapsus,
nondum uile sui pretium scit sanguinis esse,
seque memor fati tantae mercedis habere 10
credit adhuc iugulum, quantum pro Caesaris ipse
auolsa ceruice daret. deserta sequentem
non patitur tutis fatum celare latebris
clara uiri facies. multi Pharsalica castra
cum peterent, nondum fama prodente ruinas, 15
occursu stupuere ducis uertigine rerum
adtoniti: cladisque suae uix ipse fidelis
auctor erat. grauis est Magno quicumque malorum
testis adest. cunctis ignotus gentibus esse
mallet et obscuro tutus transire per orbem 20
nomine: sed longi poenas Fortuna fauoris
exigit a misero, quae tanto pondere famae
res premit aduersas fatisque prioribus urget.
nunc festinatos nimium sibi sentit honores,
actaque lauriferae damnat Sullana iuuentae: 25
nunc et Corycias classes et Pontica signa

rinth in Crete, *ancipitemque mille uiis habuisse dolum qua signa sequendi falleret indeprensus et irremeabilis error.* Ov. Met. VIII 165—167 *et nunc ad fontes, nunc in mare uersus apertum, incertas exercet aquas: ita Daedalus implet innumeras errore uias.*

6. *comitum*] sc. *fragor.*

7. *ferit*] sc. *cum:* so Weise. Oud. with some MSS. reads *redit* 'comes echoing behind his back'. As Oud. remarks Lucan here contradicts what he had said about the fearlessness of Pompeius in the seventh book, cf. VII 677 foll.

lateri] 'for his side' sc. fearing a flank attack. The passage is apparently suggested by Verg. Aen. II 728, 729 *sonus excitat omnis suspensum et pariter comitique onerique timentem.*

9. *nondum uile*] 'he knows that the price of his blood is not yet slight'.

10. *fati*] i.e. cuius fuit ante bella ciuilia Schol. sc. 'his rank'. cf. 158 infr.

tantae mercedis—iugulum] 'as valuable a throat'.

12. *daret*] cf. IX 1024.

14. *clara*] equivalent to *cognita* 'well-known'.

16. *uertigine*] 'revolution'. Ammian. Marc. XXXI 10 § 22 *remotusque in ipsa uertigine pereuntium rerum dux cautus et diligens.* The word is used properly of the movements of the heavenly bodies. cf. Ov. Met. II 70 *adde quod adsidue rapitur uertigine caelum.*

17. *fidelis auctor*] 'scarce a trustworthy bearer of ill-tidings', cf. I 485 *nullaque auctore malorum.*

18. *grauis*] 'a danger'. cf. Hor. carm. III xxiii 8 *pomifero graue tempus anno.*

22. *pondere*] Oud. cf. Claudian de cons. Stil. III 79, 80 *uenerabile famae pondus.*

23. *premit*] 'crushes down', graniores reddit, Weise.

24. *festinatos nimium*] cf. note on I 316 foll.

25. *actaque lauriferae*] 'his exploits under Sulla in his triumphant youth', cf. note on VII 14; for *acta* cf. I 121.

26. *Corycias*] Corycus was a moun-

deiectum meminisse piget. sic longius aeuom
destruit ingentes animos et uita superstes
imperio. nisi summa dies cum fine bonorum
adfuit et celeri praeuertit tristia leto, 30
dedecori est Fortuna prior. quisquamne secundis
tradere se fatis audet, nisi morte parata?
litora contigerat per quae Peneius amnis,
Emathia iam clade rubens, exibat in aequor.
inde ratis trepidum uentis et fluctibus impar 35
flumineis uix tuta uadis euexit in altum,
cuius adhuc remis quatitur Corcyra sinusque
Leucadii. Cilicum dominus terraeque Liburnae
exiguam uector pauidus correpsit in alnum.
conscia curarum secreta in litora Lesbi 40
flectere uela iubes, qua tum tellure latebas
maestior, in mediis quam si, Cornelia, campis
Emathiae stares. tristes praesagia curas
exagitant: trepida quatitur formidine somnus:
Thessaliam nox omnis habet: tenebrisque remotis 45
rupis in abruptae scopulos extremaque curris

Cilicia, cf. Verg. G. IV 127, and ...ton's note. *Pontica* refers to his ...h over Mithridates.

deiectum] 'now fallen from his state'.

ius] 'the lapse of time'.

destruit] 'brings low a haughty

praeuertit] 'has anticipated', cf. Aen. I 720—722 *paulatim abolere ...um incipit et uiuo temptat praeuertere ...iam pridem resides animos desueta...da.*

quisquamne secundis] 'does any ...e to trust himself to prosperity save ...leath is ready to his hand?' So Sul...rightly: Weise objects to this inter...on and takes *secundis* as equivalent ...*rioribus*, comparing infr. 288 *uiditco Romana secundo*, but the best ...ntary is to be found in the lines of ...l X 283—386 *prouida Pompeio de... Campania febres optandas; sed mul...es et publica uota uicerunt, igitur for...tsius et urbis seruatum uicto caput ...t.* It is the common thought that ...an be termed happy till he is dead. For *morte parata* cf. V 773.

35. *impar*] 'no match for', cf. Verg. Aen. I 475 *impar congressus Achilli.*

36. *flumineis*] i.e. scarce safe *even* in the shallows of the river.

37. *Corcyra*] i.e. where the fleet of Pompeius was stationed.

39. *exiguam*] Oud. cf. Justin II cap. 13 *erat res spectaculo digna et aestimatione sortis humanae, rerum uarietate mirandae, in exiguo latentem uidere nauigio quem paulo ante uix aequor omne capiebat.*

alnum] used of river-boats, cf. Verg. G. I 136 *tunc alnos primum fluvii sensere cauatas.*

40. *conscia curarum*] 'thou Cornelia, partaker in his sorrows, dost bid him, &c.' cf. V 723 foll.

43. *tristes*] 'forebodings excite gloomy anxiety', cf. Catul. LXIV 94, 95 *heu misere exagitans immiti corde furores, sancte puer curis hominum qui gaudia misces.*

45. *Thessaliam*] 'the whole night dwells on Thessaly', i.e. is haunted by the thought of Thessaly.

46. *rupis in abruptae*] cf. Catull. LXIV 126, 127 *ac tum praeruptos tristem con-*

litora prospiciens fluctus: nutantia longe
semper prima uides uenientis uela carinae,
quaerere nec quicquam de fato coniugis audes.
en ratis, ad uestros quae tendit carbasa portus, 50
quid ferat ignoras: et nunc tibi summa pauoris
nuntius armorum tristis rumorque sinister.
uictus adest coniunx: quid perdis tempora luctus?
cum possis iam flere times. tum puppe propinqua
prosiluit, crimenque deum crudele notauit, 55
deformem pallore ducem uoltusque prementem
canitie, atque atro squalentis puluere uestes.
obuia nox miserae caelum lucemque tenebris
abstulit, atque animam clausit dolor: omnia neruis
membra relicta labant: riguerunt corda diuque 60
spe mortis decepta iacet. iam fune ligato
litoribus lustrat uacuas Pompeius harenas.
quem postquam famulae propius uidere fideles,
non ultra gemitus tacitos incessere fata
permisere sibi, frustraque adtollere terra 65
semianimem conantur eram: quam pectore Magnus
ambit et adstrictos refouet complexibus artus.
coeperat in summum reuocato sanguine corpus
Pompeii sentire manus, maestamque mariti

scendere montes unde aciem in pelagi uastos protenderet aestus, of Ariadne looking for the return of Theseus.

47. *nutantia longe*] 'flapping in the distance', cf. Catull. LXV 53 *impellens nutantibus aëra pennis*.

49. *nec*] equivalent to *nec tamen*.

50. *uestros*] Cornelia is identified with the people of Lesbos. *uos*, *uester*, are never used for *tu*, *tuus* in classical Latin.

51. *et nunc*] 'still the worst that thou dost fear is evil tidings of the war &c.'

53. *quid perdis*] 'why waste the season for grief?' i.e. by mere fear: non debes lugendi tempora metu consumere, Grotius. For the contrast between *dolor* and *metus*, cf. II 26. See also Plin. Epp. VII xix § 3, VIII xvii § 6.

55. *crimenque*] cf. II 288 *crimen erit superis et me fecisse uocentem*. infr. 800.

notauit] The Schol. cf. Cic. in Cat. I § 2 *notat et designat oculis ad caedem unum quemque nostrum*.

56. *prementem*] 'covering'. cf. Hor. carm. III iv 18 *ut premerer sacra lau[illegible] que collataque myrto*. See also VII 74[illegible] 757 infr.

58. *obuia*] 'coming over her'.

59. *animam*] 'her breath'.

60. *relicta*] 'abandoned by the strength'.

61. *spe mortis*] 'deceived in her ho[illegible] of death', i.e. she wished to die but co[illegible] not: for a similar use of *spes* Oud. cf. 452 *naufragii spes omnis abit*.

62. *litoribus*] abl. cf. note on VII 86

64. *non ultra*] 'ut ad quas non tan[illegible] dolor quantus ad Corneliam pertinebat' Glareanus. For *ultra* cf. II 138. Oud. [illegible] Suet. Vesp. 22 *haud ultra uerba excand[illegible]*

67. *adstrictos*] equivalent to *torpe[illegible]* cf. I 18.

68. *in summum*] 'as the blood return[illegible] to the surface of her body', i.e. instead [illegible] all rushing to her heart. cf. Verg. G. I [illegible] 484 *frigidus obstiterit circum praecordi[illegible] sanguis*.

posse pati faciem: prohibet succumbere fatis 70
Magnus et immodicos castigat uoce dolores:
nobile cur robur Fortunae uolnere primo,
femina tantorum titulis insignis auorum,
frangis? habes aditum mansurae in saecula famae:
laudis in hoc sexu non legum iura nec arma, 75
unica materia est coniunx miser. erige mentem,
et tua cum fatis pietas decertet, et ipsum,
quod sum uictus, ama: nunc sum tibi gloria maior,
a me quod fasces et quod pia turba senatus
tantaque discessit regum manus: incipe Magnum 80
sola sequi. deformis adhuc uiuente marito
summus et augeri uetitus dolor: ultima debet
esse fides lugere uirum. tu nulla tulisti
bello damna meo. uiuit post proelia Magnus,
sed Fortuna perit: quod defles, illud amasti. 85
uocibus his correpta uiri uix aegra leuauit
membra solo tales gemitu rumpente querelas:
o utinam in thalamos inuisi Caesaris issem
infelix coniunx et nulli laeta marito.
bis nocui mundo: me pronuba ducit Erinys, 90

2. *nobile robur*] 'the firmness of noble ood'.

3. *auorum*] sc. as the descendant of Scipios.

4. *frangis?*] 'break down', 'enfeeble', Cic. in Cat. I § 22 *te ut ulla res fran- ? tu ut umquam te corrigas?*

abes] 'you have an avenue to everlast- fame', cf. Cic. ad fam. VI x § 2 *si qui i erit aditus de tuis fortunis, id est de incolumitate, in qua sunt omnia, di.*

5. *legum iura*] 'administration of the '. So *dare iura* means to administer ice, cf. Verg. G. IV 562 and Coning- s note.

6. *materia est*] Bersmann cf. Ov. t. V v 49, 50 *scilicet aduersis probitas cita rebus tristi materiam tempore lau- abet.* For a similar sentiment Oud. Stat. Theb. III 704, 705 *nescis, pater me, nescis quantus amor causae misero isse marito.*

7. *pietas*] 'affection'.

1. *sola sequi*] 'to be the only follower to Magnus'.

deformis] 'ignominious', unsightly in the eyes of the world. cf. Liv. XLV 44 *orationem non tam honorificam audientibus quam sibi deformem.*

82. *augeri uetitus*] 'admitting of no increase', cf. VII 371 *uetitusque aetate senatus arma sequi.*

83. *lugere*] sc. when dead. cf. supr. 53.

85. *quod defles*] i.e. if you mourn now it shows that your love was for the position, not for the person, of Pompeius.

86. *correpta*] 'rebuked', cf. note on VII 191.

89. *infelix coniunx*] 'a wife who brings ill fortune'.

90. *bis*] twice i.e. once as the wife of the younger Crassus killed at Carrhae, now a second time as the wife of Pompeius.

pronuba ducit Erinys] sc. instead of *pronuba Iuno.* cf. Verg. Aen. VII 319 *et Bellona manet te pronuba:* Oud. cf. also Ov. Heroid. II 117 *pronuba Tisiphone thalamis ululauit in illis. ducit* is equivalent to *deducit* sc. *ad sponsum.* cf. note on II 358.

Crassorumque umbrae, deuotaque manibus illis
Assyrios in castra tuli ciuilia casus:
praecipitesque dedi populos cunctosque fugaui
a causa meliore deos. o maxime coniunx,
o thalamis indigne meis, hoc iuris habebat 95
in tantum Fortuna caput? cur impia nupsi,
si miserum factura fui? nunc accipe poenas,
sed quas sponte luam. quo sit tibi mollius aequor,
certa fides regum, totusque paratior orbis,
sparge mari comitem. mallem felicibus armis 100
dependisse caput: nunc clades denique lustra,
Magne, tuas. ubicumque iaces ciuilibus armis
nostros ulta toros, ades huc atque exige poenas,
Iulia crudelis, placataque paelice caesa
Magno parce tuo. sic fata iterumque refusa 105
coniugis in gremium cunctorum lumina soluit
in lacrimas. duri flectuntur pectora Magni,
siccaque Thessalia confundit lumina Lesbos.
tum Mitylenaeum pleno iam litore uolgus
adfatur Magnum: si maxima gloria nobis 110
semper erit tanti pignus seruasse mariti,
tu quoque deuotos sacro tibi foedere muros,
oramus, sociosque lares dignare uel una

91. *Crassorum*] i.e. M. Crassus and his son Publius.

92. *Assyrios casus*] the disasters in Assyria, i.e. such as befel the Crassi in Assyria. cf. note on V 703 *Hesperii duces.*

94. *a causa meliore*] cf. VII 349 *causa iubet melior superos sperare secundos.*

95. *indigne*] 'worthy of a happier marriage than with me'.

98. *sed*] 'ay! and such as I will willingly pay'. cf. Iuv. V 147 *boletus domino, sed quales Claudius edit* and Prof. Mayor's note.

mollius] 'smoother'.

99. *paratior*] 'more ready to serve you', cf. Plaut. Pseud. I 1 96 *quid ego ni fleam cui nec paratus nummus argenti siet?*

100. *sparge mari*] 'throw away', 'hurl into the sea', cf. IX 748.

mallem] 'I would rather have sacrificed my life to prosperous warfare'.

101. *lustra*] 'expiate (i.e. by my blood) your disasters'.

102. *iaces*] is equivalent to *uersari* for there was no doubt about the place of her burial, cf. note on II 162 *quidquid ubique iacet scelerum.*

104. *paelice*] 'rival'. cf. the words of Julia's shade III 21—23 *fortuna est matrum toris: semperque potentes detrahere cladem fato damnata maritos, iuuenis tepido paelex Cornelia busto.*

105. *refusa*] 'sinking back'.

108. *siccaque*] 'Lesbos brings tears to those eyes that were dry in Thessaly', i.e. that looked on the disasters at Pharsalia without weeping.

110. *si maxima*] 'since it will ever be our greatest glory'.

111. *pignus*] sc. *uxorem*, 'to have guarded the pledge committed to us by so great a husband'.

tua: fac, Magne, locum, quem cuncta reuisant
a, quem ueniens hospes Romanus adoret. 115
tibi subeunda magis sunt moenia uicto.
uictoris possunt sperare fauorem:
am crimen habent. quid quod iacet insula ponto?
r eget ratibus. procerum pars magna coibit
loci. noto reparandum est litore bellum. 120
templorum cultus aurumque deorum:
, si terris, si puppibus ista iuuentus
est: tota, quantum ualet, utere Lesbo.
e: ne Caesar rapiat, tu uictus habeto.]
ɔlum crimen meritae bene detrahe terrae, 125
stram uideare fidem felixque secutus
nnasse miser. tali pietate uirorum
in aduersis, et mundi nomine gaudens
dem, nullum toto mihi, dixit, in orbe
s esse solum non paruo pignore uobis 130
li. tenuit nostros hac obside Lesbos
us: hic sacra domus carique penates,
ihi Roma fuit. non ulla in litora puppim
ledi fugiens, saeui cum Caesaris iram
:irem meritam seruata coniuge Lesbon, 135
eritus tantam ueniae committere uobis

ıocte tua] 'a sojourn of one cf. I 520 *nox una tuis non*

.e. 'make this a spot which

tibi] 'there is no town that enter rather than ours now ed'.

ı] sc. 'all other towns'.

quod] 'what of the fact that d lying in mid sea? Caesar i.e. so far from the fact of and rendering it unsuitable stay, this is an advantage. sc. *huc*.

loci] 'sure of their locality', ling Pompeius in Lesbos. ar', i.e. to the companions

] 'ornaments' cf. Vell. Pat. II *is Circensibus corona laurea 'riumphantium uteretur.*

] equivalent to *siue—siue*, cf. Plaut. Curc. I 1 4 (4) *si media nox est, siue est prima uespera.*

ista] 'this of ours'. cf. note on VI 242.

124. *accipe*] This line is probably spurious and is omitted in many MSS. and the earlier editions.

126. *ne nostram*] 'that you may not seem to have embraced our loyalty when prosperous and rejected it in misfortune'; for *damnare* cf. VI 508.

128. *in aduersis*] iunge *pietate in aduersis*, Weise: this is unnecessary: rather, *laetus in aduersis*: 'rejoicing in the midst of misfortune'.

mundi nomine] 'for the credit of the world'.

129. *esse*] emphatic: i.e. 'still existed'.

135. *iam*] to be taken with *meritam* 'knowing that Lesbos had already earned Caesar's anger by keeping safe my wife'.

136. *tantam ueniae materiem*] 'such a means of earning pardon' sc. *se ipsum*, by giving up whom the Lesbians could obtain

materiem. sed iam satis est fecisse nocentis:
fata mihi totum mea sunt agitanda per orbem.
heu nimium felix aeterno nomine Lesbos,
siue doces populos regesque admittere Magnum, 140
seu praestas mihi sola fidem. nam quaerere certum est
fas quibus in terris, ubi sit scelus. accipe, numen,
si quod adhuc mecum es, uotorum extrema meorum:
da similes Lesbo populos, qui Marte subactum
non intrare suos infesto Caesare portus, 145
non exire uetent. dixit, maestamque carinae
imposuit comitem. cunctos mutare putares
tellurem patriumque solum: sic litore toto
plangitur, infestae tenduntur in aethera dextrae:
Pompeiumque minus, cuius fortuna dolorem 150
mouerat, ast illam, quam toto tempore belli
ut ciuem uidere suam, discedere cernens
ingemuit populus: quam uix, si castra mariti
uictoris peteret, siccis dimittere matres
iam poterant oculis: tanto deuinxit amore 155
hos pudor hos probitas castique modestia uoltus,
quod submissa nimis nulli grauis hospita turbae
stantis adhuc fati uixit quasi coniuge uicto.

pardon from Caesar for protecting Cornelia.

138. *agitanda*] 'I must follow up my destiny throughout all the world', so *agitare uitam, aeuom* &c. cf. Verg. G. IV 154 *magnisque agitant sub legibus aeuom.*

143. *mecum es*] For the bodily presence so to speak of the deity, cf. Verg. Aen. II 178, 179 *numenque reducant quod pelago et curuis secum auexere carinis.* See also VII 298. 308 infr.

146. *exire*] nam intrare etiam inimici patiuntur ut capiant. Schol.

147. *mutare*] 'were going into exile from their land and native soil', cf. Cic. Parad. IV § 31 *omnes scelerati atque impii ...quos exsilio affici uolunt exsules sunt etiam si solum non mutarunt;* so too *uertere* Iuv. XI 49 *qui uertere solum Baias et ad ostrea currunt.*

149. *infestae*] sc. in anger at the gods, cf. II 44, IX 187.

150. *minus*] i.e. less than Cornelia: in the case of Pompeius it is only grief for the fall of so great a man, in that Cornelia it is personal affection.

156. *hos—hos*] These words are intended to distinguish two classes are only put more emphatically for *pudor et pietas*, cf. IV 16, Hor. Epp. I ii *hunc frenis hunc tu compesce catena.*

157. *quod submissa nimis*] 'in that all humility'; *nimis* is simply equivalent to *ualde* cf. Verg. G. II 458 *o fortunatos nimium sua si bona norint agricolas* Claudian III Cons. Honor. *o nimis dilecte Deo.*

nulli, &c.] 'a burdensome guest to no of the citizens'. *nulli turbae* is equivalent to *nemini;* so in VII 656 *Latiae turbae* equivalent to *Romanorum:* see also VI 5 VII 844. For the troubles caused in all states by the wives of Romans in authority, cf. Iuv. VIII 128 Tac. Ann. III 83

158. *stantis adhuc fati*] sc. Cornelia 'with fortune yet erect', for the genit cf. VII 541 *extremi orbis Hiberi* infr. *aeterni Martis Alanos.*

iam pelago medios Titan demissus ad ignes,
nec quibus abscondit, nec si quibus exserit orbem, 160
totus erat: uigiles Pompeii in pectore curae
nunc socias adeunt Romani foederis urbes
et uarias regum mentes, nunc inuia mundi
arua super nimios soles Austrumque iacentis.
saepe labor maestus curarum odiumque futuri 165
proiecit fessos incerti pectoris aestus,
rectoremque ratis de cunctis consulit astris:
unde notet terras; quae sit mensura secandi
aequoris in caelo; Syriam quo sidere seruet:
aut quotus in plaustro Libyam bene dirigat ignis. 170
doctus ad haec fatur taciti seruator Olympi:
signifero quaecumque fluunt labentia caelo,
numquam stante polo, miseros fallentia nautas
sidera non sequimur: sed qui non mergitur undis
axis inocciduus gemina clarissimus Arcto 175
ille regit puppes. hic cum mihi semper in altum
surget et instabit summis minor Vrsa ceruchis,

). *medios demissus ad ignes*] 'sunk : extent of half his fiery orb'.

). *si quibus*] to those, if such there .e. the Antipodes, the existence of n was considered doubtful, cf. I 20 *si qua iacet nascenti conscia Nilo.*

1. *uigiles curae*] 'wakeful thoughts' tat. Achil. I 543 *tende animum uigi-*

2. *Romani foederis*] 'of the Roman ice'.

4. *super*] 'beyond', cf. Verg. Aen.)5 *super et Garamantas et Indos proimperium.*

entis] This is best taken as genitive ilar agreeing with *mundi*, cf. Verg. loc. *acet extra sidera tellus.*

5. *saepe labor*] 'oft the sad trouble s thoughts and disgust at the future : him throw off (i.e. fling away for ne) the weary doubts that surged in his wavering breast', i.e. he tried ivert his thoughts by talking to the about navigation.

8. *unde notet*] 'by means of which ie marks the land: what is his standard guiding point) in heaven for cleaving ea'.

9. *quo sidere*] 'by what star he keeps his course for Syria'. Weise cf. III 129.

170. *quotus ignis*] 'which star in the wain', literally, the how manyeth sc. which in order, the fourth e.g. or the fifth. Compare the use of *quota* for 'at what hour?' cf. Hor. carm. III xix 7.

171. *taciti Olympi*] 'the silent sky', a merely pictorial epithet, cf. Verg. Aen. III 515 *sidera cuncta notat tacito labentia caelo* Hor. carm. II viii 10 *toto taciturna noctis signa cum caelo.*

172. *signifero caelo*] 'the zodiac', cf. III 254.

fluunt] 'move' simply.

173. *numquam stante polo*] 'where the heavens never stand still'.

175. *axis inocciduus*] 'the pole that never sets': the word is used metaphorically by Stat. Theb. VI 277 *spectat inocciduis stellatum uisibus Argum.*

Arcto] cf. Hom. Il. XVIII 487—489 Ἄρκτον θ' ἣν καὶ ἄμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν, ἥτ' αὐτοῦ στρέφεται καί τ' Ὠρίωνα δοκεύει, οἴη τ' ἄμμορός ἐστι λοετρῶν ὠκεανοῖο· Verg. G. I 244—246.

177. *summis*] 'stands above the topmost sail-yards', *ceruchi* seems to mean the ropes attaching the yard-arms (*antennae*) to the mast.

Bosporon et Scythiae curuantem litora pontum
spectamus. quidquid descendit ab arbore summa
Arctophylax propiorque mari Cynosura feretur, 180
in Syriae portus tendit ratis. inde Canopos
excipit Australi caelo contenta uagari
stella timens Borean: illa quoque perge sinistra
trans Pharon, in medio tanget ratis aequore Syrtes.
sed quo uela dari, quo nunc pede carbasa tendi 185
nostra iubes? dubio contra cui pectore Magnus,
hoc solum toto, respondit, in aequore serua,
ut sit ab Emathiis semper tua longius oris
puppis et Hesperiam pelago caeloque relinquas:
cetera da uentis. comitem pignusque recepi 190
depositum: tum certus eram quae litora uellem;
nunc portum Fortuna dabit. sic fatur: at ille
iusto uela modo pendentia cornibus aequis
torsit et in laeuom puppim dedit, utque secaret,
quas Samiae cautes et quas Chios asperat undas, 195
hos dedit in proram, tenet hos in puppe rudentes.
aequora senserunt motus aliterque secante
iam pelagus rostro nec idem spectante carina
mutauere sonum. non sic moderator equorum,

178. *curuantem litora*] 'that makes bays in Scythia's shore'. cf. Hor. carm. I xxxiii 15, 16 *fretis acrior Hadriae curuantis Calabros sinus.*

179. *quidquid*] 'however much Arctophylax (i.e. Bootes) descends from the top of the mast', i.e. the lower it sinks towards the horizon: for this use of *quidquid*, cf. VII 387 infr. 365.

181. *Canopos*] A star in the constellation Argo invisible in Italy, cf. Plin. H. N. II § 178.

182. *excipit*] 'takes up the guidance', 'succeeds'.

183. *illa quoque*] 'go on keeping that too on your left past Pharos, and your ship will reach the Syrtes in mid ocean', i.e. not that the Syrtes lie in the midst of the sea, but that the ship will reach them by a course over the open sea without coasting.

185. *quo pede*] 'with which sheet' sc. port or starboard.

187. *hoc solum*] 'observe this alone in our whole course over the sea'.

189. *pelago caeloque*] 'by your obse vation of sea and sky'.

191. *depositum*] cf. II 72.

tum] i.e. before I recovered Cornelia.

193. *iusto uela*] 'but he turned ro the sails as they hung trimly from l level yard-arms, and directed the ship wards the left, and that she might cle the waves roughened by the Samian ro and by Chios, slackened these ropes ward the prow, held taut those in stern'. This seems the best interpretati *puppis* in line 194 meaning the ship ge rally, in line 196 the stern.

195. *Samiae*] Some MSS. read *As* most *Asinae*, which is impossible, as is a town in the Peloponnese.

197. *motus*] 'the altered moveme Oud. reads *motos* sc. *rudentes*.

198. *spectante*] 'as the ship looks i different direction'. Oud. cf. Acts Apost. xxvii 15 πλοῖον μὴ δυναμένου τοφθαλμεῖν τῷ ἀνέμῳ.

199. *non sic*] 'not so skilfully'

dexteriore rota laeuom cum circuit axem, 200
cogit inoffensae currus accedere metae.
ostendit terras Titan et sidera texit.
sparsus ab Emathia fugit quicumque procella
adsequitur Magnum: primusque a litore Lesbi
occurrit natus, procerum mox turba fidelis. 205
nam neque deiecto fatis acieque fugato
abstulerat Magno reges Fortuna ministros:
terrarum dominos et sceptra Eoa tenentis
exsul habet comites. iubet ire in deuia mundi
Deiotarum, qui sparsa ducis uestigia legit. 210
quando, ait, Emathiis amissus cladibus orbis
qua Romanus erat, superest, fidissime regum,
Eoam temptare fidem populosque bibentis
immanis uiolentus atrox nullaque ferarum
mitior in caedes. quis non, Fortuna, putasset 600
parcere te populis, quod bello haec dextra uacasset,
Thessaliaque procul tam noxia tela fugasses?
disponis gladios, ne quo non fiat in orbe,
heu, facinus ciuile tibi. uictoribus ipsis
dedecus et numquam superum caritura pudore 605
fabula; Romanus regi sic paruit ensis,
Pellaeusque puer gladio tibi colla recidit,
Magne, tuo. qua posteritas in saecula mittet
Septimium fama? scelus hoc quo nomine dicent
qui Bruti dixere nefas? iam uenerat horae 610
terminus extremae, Phariamque ablatus in alnum
perdiderat iam iura sui. tum stringere ferrum
regia monstra parant. ut uidit comminus enses,
inuoluit uoltus, atque indignatus apertum
Fortunae praestare caput, tum lumina pressit, 615
continuitque animam, ne quas effundere uoces
posset et aeternam fletu corrumpere famam.

595. *transire*] i.e. into the small boat.
597. *arma regia*] i.e. probably the isa, cf. notes on I 7, VII 519.
atelles] cf. Hor. Epod. IX 11—16 *manus, eheu, posteri negabitis, emancipatus feminae fert uallum et arma miles padonibus seruire rugosis potest; interi signa turpe militaria sol adspicit conom.*
599. *nullaque*] 'in no way milder than rild beast', cf. note on VII 25.
600. *mitior*] 'less fierce for slaughter'.
601. *parcere*] 'that it was in mercy to world'. cf. II 734.
ello uacasset] 'had been kept clear of war'.
603. *disponis gladios*] 'thou dost so ribute thy swords'.
605. *numquam*] 'a tale that will ever ect disgrace upon the gods'. For the se cf. Hom. Od. XX 201—203 Ζεῦ πάτερ οὔ τις σεῖο θεῶν ὀλοώτερος ἄλλος· οὐκ ἐλεαίρεις ἄνδρας ἐπὴν δὴ γείνεαι αὐτὸς μισγέμεναι κακότητι καὶ ἄλγεσι λειγαλέοισιν.
608. *tuo*] Septimius had at one time served under Pompeius, cf. Plut. Pomp. 78, Caesar B. C. III 104.
610. *qui Bruti*] 'who called what Brutus did a crime'. *Bruti* sc. *facinus*.
611. *terminus*] 'his last hour that was the boundary of his life'. The genitive *extremae horae* denotes that of which *terminus* consists, cf. note on VII 272.
614. *inuoluit uoltus*] cf. Shakspeare, Julius Caesar, act III sc. ii 'and in his mantle muffling up his face'.
615. *praestare*] Oud. cf. V 370 *iugulos non tantum praestitit enses*. Sen. Oed. 179, 180 *minus eruisti lumina audacter tua quam praestitisti*.
616. *continuit*] 'held his breath'.

at postquam mucrone latus funestus Achillas
perfodit, nullo gemitu consensit ad ictum,
despexitque nefas, seruatque immobile corpus, 620
seque probat moriens, atque haec in pectore uoluit:
saecula Romanos numquam tacitura labores
attendunt, aeuomque sequens speculatur ab omni
orbe ratem Phariamque fidem. nunc consule famae,
fata tibi longae fluxerunt prospera uitae: 625
ignorant populi, si non in morte probaris,
an scieris aduersa pati. ne cede pudori,
auctoremque dole fati. quacumque feriris,
crede manum soceri. spargant lacerentque licebit,
sum tamen, o superi, felix, nullique potestas 630
hoc auferre deo. mutantur prospera uitae:
non fit morte miser. uidet hanc Cornelia caedem
Pompeiusque meus. tanto patientius oro
claude, dolor, gemitus: natus coniunxque peremptum
si mirantur amant. talis custodia Magno 635
mentis erat: ius hoc animi morientis habebat.

619. *nullo gemitu*] 'uttering not a groan he yielded patiently to the blow'.

620. *despexit*] 'showed his contempt for the crime'. Oud. with many MSS. reads *respexitque*, i.e. *neque respexit* the negative being carried on from *nullo*, cf. supr. I 77 note.

621. *se probat*] sc. Pompeium esse. Weise: rather, 'shows his virtue', cf. Cic. de fin. II § 80 *at multis se probauit* (*Epicurus*). Oud. cf. Claudian Epist. I 35—37 *in breuibus numquam sese probat Aeolus antris, Alpes ille quatit.*

622. *saecula*] 'generations that will ever ring with the tale of the troubles of Rome'.

623. *attendunt*] 'are witnesses'.

ab omni orbe] 'from every quarter of the world'.

625. *prospera*] to be taken with *fluxerunt* as the predicate.

626. *in morte*] i.e. because all my life I have been fortunate, only my death is otherwise.

627. *ne cede pudori*] ne te pudeat quod iussu pueri, decreto spadonum, manu desertoris occideris: non illis adscribenda mors tua sed Caesari. Grotius.

628. *que*] i.e. *neue*, cf. supr. 620.

630. *nullique potestas*] cf. Hor. carm. III xxix 45—48 *non tamen irritum quodcumque retro est efficiet neque diffinget infectumque reddet quod fugiens semel hora uexit.* Agathon apud Aristot. Eth. Nic. VI 2 μόνου γὰρ αὐτοῦ καὶ θεὸς στερίσκεται, ἀγένητα ποιεῖν ἅσσ' ἂν ᾖ πεπραγμένα. Plin. H. N. II § 27 *nullumque habere* (*deum*) *in praeterita ius praeterquam obliuionis.*

631. *mutantur*] 'the blessings of life are subject to change'.

632. *non fit*] 'a man does not become unhappy by his death', i.e. if he has been happy in his lifetime.

uidet] For the consolation of dying before the eyes of one's relations, cf. Verg. Aen. I 94—96 *terque quaterque beati quis ante ora patrum Troiae sub moenibus altis contigit oppetere.*

635. *si mirantur amant*] 'truly love me if they admire me in death', i.e. they will show their love more by admiration of my fortitude, than by grief at my death.

talis custodia] 'so close a guard did Magnus keep over his thoughts, such control of his mind he exercised in his death'. *morientis* is transferred from Pompeius to *animi*.

at non tam patiens Cornelia cernere saeuom
quam perferre nefas miserandis aethera complet
uocibus: 'o coniunx, ego te scelerata peremi:
letiferae tibi causa morae fuit auia Lesbos, 640
et prior in Nili peruenit litora Caesar.
nam cui ius alii sceleris? sed quisquis in istud
a superis immisse caput, uel Caesaris irae
uel tibi prospiciens, nescis crudelis ubi ipsa
uiscera sint Magni: properas atque ingeris ictus 645
qua uotum est uicto. poenas non morte minores
pendat, et ante meum uideat caput. haud ego culpa
libera bellorum, quae matrum sola per undas
et per castra comes nullis absterrita fatis
uictum, quod reges etiam timuere, recepi. 650
hoc merui coniunx in tuta puppe relinqui?
perfide, parcebas? te fata extrema petente
uita digna fui? moriar, nec munere regis.
aut mihi praecipitem, nautae, permittite saltum,
aut laqueum collo tortosque aptare rudentes: 655
aut aliquis Magno dignus comes exigat ensem.
Pompeio praestare potest quod Caesaris armis
imputet. o saeui, properantem in fata tenetis?
uiuis adhuc, coniunx, et iam Cornelia non est
iuris, Magne, sui. prohibent accersere mortem: 660
seruor uictori. sic fata interque suorum

638. *quam perferre*] sc. patiens fuisset.
640. *auia Lesbos*] i.e. to which you ent out of your way to follow me.
642. *quisquis*] 'whoe'er thou art who ust been despatched by the gods to take is life'.
643. *uel...uel*] equivalent to *siue...siue*.
644. *prospiciens*] 'having regard to', . Cic. in Cat. IV § 3 *consulite uobis, respicite patriae*.
646. *qua uotum*] 'where the vanished would pray that blows should ll'.
poenas] 'let him pay a penalty not less an death, by first seeing my head cut ff'; for *ante* cf. Verg. Aen. XII 630 *nunc, oro, sine me furere ante furorem*.
649. *nullis*] equivalent to *omnino non*, . note on VII 25.
650. *quod*] sc. *te recipere*.
651. *hoc*] 'in this'.
655. *aptare*] dependent on *permittite* and coupled with *saltum*.
656. *exigat*] 'drive through me', cf. Verg. Aen. X 815, 816 *ualidum namque exigit ensem per medium Aeneas iuuenem*.
657. *praestare*] 'to do a favour to'.
658. *imputet*] 'which he may reckon as a service done to Caesar's arms', i.e. the killing of his enemy's wife. So the Schol.: and this is the usual meaning of *imputare* in silver-age Latin, cf. Tac. Hist. IV 14 *ne Romanis quidem ingratum id bellum cuius ambiguam fortunam Vespasiano imputaturos*, Iuv. V 14, 15 *fructus amicitiae magnae cibus, imputat hunc rex, et quamuis rarum tamen imputat*, and Prof. Mayor's note.

lapsa manus rapitur trepida fugiente carina.
at Magni cum terga sonent et pectora ferro,
permansisse decus sacrae uenerabile formae,
iratamque deis faciem, nil ultima mortis 665
ex habitu uoltuque uiri mutasse, fatentur
qui lacerum uidere caput. nam saeuus in ipso
Septimius sceleris maius scelus inuenit actu:
ac retegit sacros scisso uelamine uoltus
semianimis Magni, spirantiaque occupat ora, 670
collaque in obliquo ponit languentia transtro.
tum neruos uenasque secat nodosaque frangit
ossa diu: nondum artis erat caput ense rotare.
at postquam trunco ceruix abscisa recessit,
uindicat hoc Pharius dextra gestare satelles. 675
degener atque operae miles Romane secundae,
Pompeii diro sacrum caput ense recidis,
ut non ipse feras? pro summi fata pudoris.
impius ut Magnum nosset puer, illa uerenda
regibus hirta coma et generosa fronte decora 680
caesaries comprensa manu est, Pharioque ueruto,
dum uiuunt uoltus atque os in murmura pulsant
singultus animae, dum lumina nuda rigescunt,

662. *rapitur*] ab aspectu litoris. Weise.

663. *sonent ferro*] 'resound with the blows of the sword'. Oud. cf. Sil. Ital. I 402 *perque ipsum tegimen crepitantia dissipat ossa.*

665. *iratam*] 'his look of indignation at the gods'.

nil...ex habitu] 'nothing in his mien or countenance'.

669. *uelamine*] i.e. the toga he had drawn over his head, cf. 614.

670. *occupat*] 'seizes on'.

671. *in obliquo transtro*] 'crosswise upon a bench', cf. note on I 220.

672. *frangit diu*] i.e. 'takes a long time in breaking'. See note on VII 504.

673. *caput ense rotare*] 'to whip off a head at a stroke'. Oud. refers to Suet. Calig. 32 *saepe in conspectu prandentis uel comissantis seriae quaestiones per tormenta habebantur, miles decollandi artifex quibuscunque e custodia capita amputabat*; cf. also Ov. A. A. II 373, 374 *sed neque fuluus aper media tam sacuus in ira, fulmineo rabidos cum rotat ore canes.*

675. *uindicat hoc gestare*] equivalent to *uindicat hoc gestandum:* a Graecism, cf. Hor. carm. I xxvi 1—3 *Musis amicus tristitiam et metus tradam proteruis in mare Creticum portare uentis.*

Pharius satelles] i. e. Achillas.

676. *operae secundae*] 'playing a second part', a metaphor from the stage; cf. Dem. de corona § 212, where Demosthenes taunts Aeschines with having been brought up to be a τριταγωνιστής.

680. *hirta*] A mark of manliness, cf. Ov. Met. XIII 850 *barba uiros hirtaeque decent in corpore setae.*

681. *manu*] sc. of an Egyptian.

ueruto] 'spear', cf. Verg. G. II 164 *Volscosque uerutos.*

682. *os in murmura*] 'and while his gasping breath still moves his tongue to utter murmurs': *pulsant* is equivalent to *mouent, impelluni.*

683. *dum lumina nuda*] 'while the unclosed eyes are stiffening'.

um caput est, quo numquam bella iubente
'uit: hoc leges Campumque et rostra mouebat:
ıcie Fortuna tibi Romana placebas. 686
atis infando fuit hoc uidisse tyranno:
;celeri superesse fidem. tunc arte nefanda
ɔta est capiti tabes: raptoque cerebro
:ata cutis, putrisque effluxit ab alto 690
et infuso facies solidata ueneno est.
ma Lageae stirpis perituraque proles,
er, incestae sceptris cessure sororis,
:ibi sacrato Macedon seruetur in antro,
;um cineres exstructo monte quiescant, 695
Ptolemaeorum manes seriemque pudendam
nides claudant indignaque Mausolea:
Pompeium feriunt truncusque uadosis
lluc iactatur aquis? adeone molesta
. cura fuit socero seruare cadauer? 700
'ortuna fide Magni tam prospera fata
.it: hac illum summo de culmine rerum
petit, cladesque omnes exegit in uno
die quibus immunes tot praestitit annos:
eiusque fuit qui numquam mixta uideret 705

numquam] ordo est; quo numquam pax fuit. Schol.
mouebat] which Oud. objects *reges* as a substitute, is not a ession, it must mean simply 'swayed'.
placebas] 'didst thou gratify

] 'proof'.
'the congealed blood'.
to] 'from its inmost parts'.
o] 'drugs'.
ra] Ptolemaeus was soon wned in the Nile, cf. Auct.

is] is the dat. 'destined to ster's rule'.
don] i.e. Alexander the at Alexandria. So Horace 14 speaks of his father *Macedo*.
s] cf. Verg. Aen. IV 34 *id ıanes credis curare sepultos?* Oud. cf. Strabo XVI 11 (796) ἅπαντες μὲν οὖν οἱ μετὰ τὸν τρίτον Πτολεμαῖον ὑπὸ τρυφῆς διεφθαρμένοι χεῖρον ἐπολιτεύσαντο κ.τ.λ.

698. *feriunt*] 'bruise', sc. when he is dashed against them by the waves.

700. *totum*] 'unmutilated', cf. Iuv. X 288 *iacuit Catilina cadauere toto.*

701. *hac...fide*] These words may be taken ironically 'with such fidelity'; or perhaps more simply 'with such consistency', i.e. never using half-measures with him, but giving him the best and the worst.

702. *pertulit*] sc. *ad exitum*. Weise.
culmine] For the metaphorical use of *culmen*, cf. note on VII 594.

703. *petit*] 'did she assail him striking him down from, &c.'
cladesque exegit] 'exacted from him all his disasters in one day', i.e. as if a certain amount of misfortune was due from every man to Fortune, which might be paid either at one time or by instalments.

laeta malis: felix nullo turbante deorum,
et nullo parcente miser. semel impulit illum
dilata Fortuna manu. pulsatur harenis,
carpitur in scopulis, hausto per uolnera fluctu,
ludibrium pelagi: nullaque manente figura 710
una nota est Magno capitis iactura reuolsi.
ante tamen Pharias uictor quam tangat harenas
Pompeio raptim tumulum Fortuna parauit,
ne iaceat nullo, uel ne meliore sepulcro.
e latebris pauidus decurrit ad aequora Cordus. 715
quaestor ab Idalio Cinyraeae litore Cypri
infaustus Magni fuerat comes. ille per umbras
ausus ferre gradum uictum pietate timorem
compulit, ut mediis quaesitum corpus in undis
duceret ad terram traheretque ad litora Magnum. 720
lucis maesta parum per densas Cynthia nubes
praebebat; cano sed discolor aequore truncus
conspicitur. tenet ille ducem complexibus artis
eripiente mari: nunc uictus pondere tanto
exspectat fluctus, pelagoque iuuante cadauer 725
impellit. postquam sicco iam litore sedit,
incubuit Magno, lacrimasque effudit in omne

706. *felix*] 'when prosperous none of the gods harassed him, when in misery none spared him'. The use of the participle in this passage is somewhat remarkable as it is put with what might be called an ablative of accompaniment, instead of giving the reason as is usually the case.

707. *semel*] 'once for all, Fortune after long holding back her hand hurled him headlong'; for *impellere*, cf. notes I 149, V 108.

709. *carpitur*] 'he is torn in pieces'; cf. Sen. Thyest. 1063, 1064 *artus corpore exanimo amputans in parua carpsi frusta.*

710. *figura*] 'no shape remaining'.

711. *nota*] qua agnoscatur. Weise. On this whole passage, Oud. cf. Verg. Aen. II 454—458 *haec finis Priami fatorum; hic exitus illum sorte tulit Troiam incensam et prolapsa uidentem Pergama, tot quondam populis terrisque superbum regnatorem Asiae. iacet ingens litore truncus, auolsumque umeris caput et sine nomine corpus.*

714. *ne iaceat*] cf. the epigram Anthol. 77 *marmoreo Licinus tumulo iacet, at Cato paruo, Pompeius nullo: quis putet esse deos?*

715. *Cordus*] So all editors: all MSS. appear to give the name as Codrus, but this would be a Greek name whereas this man is a Roman, cf. infr. 767, as is also shown by his having attained the rank of quaestor. Plutarch on the other hand says Pompeius was buried by his freedman Philippus, cf. Pomp. cap. 80.

716. *Cinyraeae*] cf. Ov. Met. X 298 foll.

717. *comes*] taken as Hortensius remarks from Verg. Aen. VI 166 *Hectoris hic magni fuerat comes.*

719. *compulit*] 'put pressure on his fear'.

722. *discolor*] 'differing in colour from the hoary (i.e. foam-covered) sea'.

727. *lacrimasque effudit*] Oud. cf. Ov. Heroid. XI 125 *uiue memor nostri lacrimasque in uolnera funde.*

uolnus, et ad superos obscuraque sidera fatur:
non pretiosa petit cumulato ture sepulcra
Pompeius, Fortuna, tuus: non pinguis ad astra 730
ut ferat e membris Eoos fumus odores,
ut Romana suom gestent pia colla parentem,
praeferat ut ueteres feralis pompa triumphos,
ut resonent cantu tristi fora, totus ut ignem
proiectis maerens exercitus ambiat armis. 735
da uilem Magno plebeii funeris arcam,
quae lacerum corpus siccos effundat in ignes.
robora non desint misero nec sordidus ustor.
sit satis, o superi, quod non Cornelia fuso
crine iacet subicique facem complexa maritum 740
imperat, extremo sed abest a munere busti
infelix coniunx, nec adhuc a litore longe est.
sic fatus, paruos iuuenis procul adspicit ignes,
corpus uile suis nullo custode cremantis.
inde rapit flammas, semiustaque robora membris 745
subducens, quaecumque es, ait, neglecta nec ulli
cara tuo, sed Pompeio felicior umbra,
quod iam compositum uiolat manus hospita bustum,

728. *obscura*] 'dimmed by clouds', cf. supr. 721.

729. *sepulcra*] seems to be used of the funeral pile, *rogus*, on which the frankincense would be placed; cf. IX 10.

730. *pinguis*] cf. Aesch. Agam. 819 *συνθήσουσα δὲ σποδὸς προπέμπει πλουτου πνοάς.*

731. *Eoos*] cf. Stat. Silu. III iii 33—37 *tu largus Eoa germina, tu messes Cilicumque Arabumque superbis merge rogis; ferat ignis opes heredis et alto aggere missuri nitido pia nubila caelo stipentur cineres.*

732. *ut*] The negative is continued, 'that the duteous necks of Romans should carry to burial the father of their country'. For the title of *parens patriae*, cf. Prof. Mayor's note on Iuv. VIII 244; it does not seem to have been ever conferred on Pompeius.

734. *totus ut ignem*] cf. Verg. Aen. XI 92, 93 *tum maesta phalanx Teucrique sequuntur Tyrrhenique omnes et uersis Arcades armis.* Tac. Ann. III 2 *praecedebant incompta signa uersi fasces.*

735. *proiectis*] It is uncertain whether this is equivalent to *uersis* as in the passages quoted from Virgil and Tacitus, or as is more probable 'thrown on the funeral pile'. See the account of the funeral of Julius Caesar in Suet. Jul. 84 *deinde tibicines et scaenici artifices uestem, quam ex triumphorum instrumento ad praesentem usum induerant, detractam sibi atque discissam iniecere flammae et ueteranorum militum legionarii arma sua, quibus exculti funus celebrabant.*

736. *plebeii funeris*] cf. Hor. Sat. I viii 8, 9 *huc prius angustis eiecta cadauera cellis conseruus uili portanda locabat in arca.*

737. *siccos*] i.e. in which there are no aromatics burnt.

effundat] 'let drop'.

738. *ustor*] cf. Catull. LIX 5 *a semiraso tunderetur ustore.*

742. *nec adhuc*] 'while yet she is not far distant'.

744. *uile suis*] 'neglected by its friends'.

747. *felicior*] i.e. quia tamen comburis. Weise.

da ueniam: si quid sensus post fata relictum est,
cedis et ipsa rogo paterisque haec damna sepulcri,
teque pudet sparsis Pompeii manibus uri. 751
sic fatur, plenusque sinus ardente fauilla
peruolat ad truncum, qui fluctu paene relatus
litore pendebat. summas dimouit harenas,
et collecta procul lacerae fragmenta carinae 755
exigua trepidus posuit scrobe. nobile corpus
robora nulla premunt, nulla strue membra recumbunt:
admotus Magnum non subditus accipit ignis.
ille sedens iuxta flammas: o maxime, dixit,
ductor et Hesperii maiestas nominis una, 760
si tibi iactatu pelagi, si funere nullo
tristior iste rogus; manes animamque potentem
officiis auerte meis: iniuria fati
hoc fas esse iubet; ne ponti belua quicquam,
ne fera, ne uolucres, ne saeui Caesaris ira 765
audeat: exiguam, quantum potes, accipe flammam,
Romana succense mànu. Fortuna recursus
si det in Hesperiam, non hac in sede quiescent
tam sacri cineres: sed te Cornelia, Magne,
accipiet, nostraque manu transfundet in urnam. 770
interea paruo signemus litora saxo
ut nota sit busti; si quis placare peremptum
forte uolet plenos et reddere mortis honores,
inueniat trunci cineres et norit harenas,

750. *cedis et ipsa rogo*] There is no need of supplying *si* as Weise wishes to do with *cedis* &c.: the meaning is 'if there be any perception after death, you of your own accord, I am sure, give way to Pompeius', and so the Schol. rightly explains 'quippe Pompeium inde gratularis comburi'. For *ipsa* equivalent to *sponte*, cf. Verg. Ecl. IV 20 *ipsae lacte domum referent distenta capellae ubera.*

755. *procul*] 'from a distance'.

757. *premunt*] 'no timber (sc. of an *arca*) holds it in', cf. supr. 56.

strue] sc. *rogo.*

758. *admotus*] i.e. applied directly to the corpse.

760. *maiestas una*] 'crowning grandeur', cf. Hor. Ep. II i 257, 258 *neque paruom carmen maiestas recipit t*

762. *tristior*] 'if this funeral pile sadder in thy eyes than tossing in the than having no funeral rites at all'.

763. *officiis*] 'withdraw...from this vice of mine'.

iniuria] 'injustice'.

765. *Caesaris ira*] bene post on feras ultimus Caesar secutus est. Sc

770. *nostra manu*] 'by the help o hand', equivalent to *nostra ope.*

772. *nota*] as above 711, 'a di guishing mark'.

773. *mortis honores*] cf. Verg. Aen 383 *cernit ibi maestos et mortis ho carentis Leucaspim, &c.*

ad quas, Magne, tuom referat caput. haec ubi fatus,
excitat inualidas admoto fomite flammas. 776
carpitur et lentum destillat Magnus in ignem,
tabe fouens bustum. sed iam percusserat astra
Aurorae praemissa dies: ille ordine rupto
funeris adtonitus latebras in litore quaerit. 780
quam metuis, demens, isto pro crimine poenam,
quo te fama loquax omnes accepit in annos?
condita laudabit Magni socer impius ossa:
i modo securus ueniae fassusque sepulcrum
posce caput. cogit pietas imponere finem 785
officio. semiusta rapit resolutaque nondum
ossa satis, neruis et inustis plena medullis
aequorea restinguit aqua, congestaque in unum
parua clausit humo. tum ne leuis aura retectos
auferret cineres saxo compressit harenam: 790
nautaque ne bustum religato fune moueret,
inscripsit sacrum semiusto stipite nomen:
HIC SITVS EST MAGNVS. placet hoc, Fortuna, sepulcrum
dicere Pompeii, quo condi maluit illum,
quam terra caruisse socer? temeraria dextra, 795
cur obicis Magno tumulum manesque uagantis
includis? situs est, qua terra extrema refuso

. *carpitur*] 'Magnus consumes a-
ınd melts into the slowly burning
feeding the fire with his moisture'.
. *praemissa*] So Weise with many
for the vulg. *promissa;* it is best
with *dies*, i.e. 'the daylight, the har-
: of dawn'; it may however be taken
ıstra referring to the morning star.
ine] 'ceremony'.
. *adtonitus*] 'in dismay', cf. II 22.
. *fama loquax*] 'loud-mouthed
so also in Ov. ex Pont. II ix 3.
...*accepit*] 'for which...has adopted

. *imponere finem*] 'to put the
ng stroke to'.
. *neruis*] 'full of ligaments and
nt marrow'. This seems to be the
ıassage where *inustus* is thus used,
ıere it is always the participle of

. *retectos auferret*] 'should lay bare
weep away'.

791. *religato fune*] 'by tying a rope to it', cf. Hor. Sat. I v 18, 19 *retinacula mulae nauta piger saxo religat.*

793. *hic situs est*] as ἐνθάδε κεῖται in Greek: the regular inscription on a tombstone, cf. Plin. Epist. VI x § 4 *hic situs est Rufus pulso qui Vindice quondam imperium asseruit non sibi sed patriae.* These words are commonly represented by the letters H. S. E.

placet] 'is it thy pleasure to call this the tomb of Magnus in which his father-in-law would rather he were interred, than that he should have been left unburied?'

796. *cur obicis*] cur tumulum tanquam obicem Magno imponis? 'why fix on Magnus the barrier of a tomb?' For the sentiment cf. Lucret. III 906 *urgeriue superne obtritum pondere terrae.* For the quantity of *obicis* cf. IX 188.

797. *qua terra*] 'where the farthest part of earth hangs in suspension in the baffled ocean', i.e. on the muddy shore

pendet in oceano. Romanum nomen et omne
imperium Magno est tumuli modus. obrue saxa
crimine plena deum. si tota est Herculis Oete, 800
et iuga tota uacant Bromio Nyseia; quare
unus in Aegypto Magno lapis? omnia Lagi
arua tenere potest. si nullo caespite nomen
haeserit, erremus populi, cinerumque tuorum,
Magne, metu nullas Nili calcemus harenas. 805
quod si tam sacro dignaris nomine saxum,
adde actus tantos monumentaque maxima rerum,
adde truces Lepidi motus, Alpinaque bella,
armaque Sertori reuocato consule uicta,
et currus quos egit eques: commercia tuta 810
gentibus et pauidos Cilicas maris: adde subactam
barbariem gentesque uagas, et quidquid in Euro
regnorum Boreaque iacet. dic semper ab armis
ciuilem repetisse togam: ter curribus actis
contentum patriae multos donasse triumphos. 815
quis capit haec tumulus? surgit miserabile bustum

which is neither sea nor dry land, cf. I 409—411, and so, being buried where earth and sea meet, he in a manner occupies both. The expression is suggested by Verg. Aen. VII 225 *audiit et si quem tellus extrema refuso submouet oceano.*

799. *modus*] 'is the measure of Magnus' sepulchre', cf. supr. 55.

800. *crimine plena deum*] 'full of disgrace to Heaven', cf. V 59, i. e. it is a disgrace to the gods that Pompeius should be so miserably buried, and this disgrace would be less conspicuous if there were no stone at all to mark his tomb.

801. *uacant Bromio*] 'find room for Bromius alone'; for Nysa cf. I 65. The comparison in this case seems somewhat out of place as Bacchus was not supposed to be buried on Nysa.

802. *omnia Lagi*] i.e. as Weise explains rightly 'if on no one mound Pompeius' name could have been read we might suppose him to be buried everywhere in Egypt'.

804. *erremus populi*] 'we the nations of the earth should be mistaken, and for fear of treading on thy ashes, Magnus, should not tread the sands of Nile at all'.

805. *nullas*] cf. VII 25 supr. 599.

807. *monumenta*] 'the glorious records of his exploits'.

808. *truces Lepidi motus*] B.C. 77, cf. Mommsen Book V cap. I. *Alpina bella* refers to Pompeius' wars with the Alpine tribes when marching against Sertorius, at which time he made a new road over the Cottian Alps.

809. *consule*] i.e. Metellus, who was not however consul, nor yet recalled, but reinforced by Pompeius.

810. *eques*] cf. VII 17.

811. *pauidos maris*] 'Pompeius effecit ut piratae timerent maria quibus ipsi ante grassabantur' Schol. For the construction Oud. cf. Sen. Herc. Fur. 297 *lucisque pauidos ante te populos age.*

813. *dic semper ab armis*] 'tell how he ever laid his arms aside and donned again the garb of peace', cf. IX 200 *iuuit sumpta uirum iuuit dimissa potestas.* For *ab armis* cf. I 451.

814. *ter curribus actis*] 'tell how content with thrice driving the car he made a present to his fatherland of many triumphs', i.e. did not claim them when he might have done so; for *donare* cf. VII 30, 850.

ıon ullis plenum titulis non ordine tanto
'astorum: solitumque legi super alta deorum
:ulmina et exstructos spoliis hostilibus arcus
ıaud procul est ima Pompeii nomen harena, 820
lepressum tumulo quod non legat aduena rectus,
ıuod nisi monstratum Romanus transeat hospes.
noxia ciuili tellus Aegyptia fato,
ıaud equidem immerito Cumanae carmine uatis
:autum, ne Nili Pelusia tangeret ora 825
Hesperius miles ripasque aestate tumentis.
ıuid tibi saeua precer pro tanto crimine tellus?
ıertat aquas Nilus, quo nascitur orbe retentus,
:t steriles egeant hibernis imbribus agri,
otaque in Aethiopum putres soluaris harenas. 830
ıos in templa tuam Romana accepimus Isin,
ıemicanesque deos, et sistra iubentia luctus,
:t quem tu plangens hominem testaris Osirin:
:u nostros, Aegypte, tenes in puluere manes.

ordine] 'the mighty tale of the ; of his fame', cf. Hor. carm. IV ·5 *quae cura patrum quaeue Quiri- lenis honorum muneribus tuas, Au- tirtutes in aeuom per titulos memo- fastos aeternet?*

arcus] cf. Iuv. X 133—137 *bello- ·uuiae, truncis affixa tropaeis lorica ·ta de casside bucula pendens, et : temone iugum uictaeque triremis e et summo tristis captiuus in arcu, is maiora bonis creduntur.*

depressum tumulo] 'sunk low . tomb, which the stranger cannot ithout stooping'.

noxia] 'stained with the guilt of d civil strife', cf. Propert. IV xi 33 *Alexandrea dolis aptissima tellus.*

cautum] For this prohibition cf. l fam. I vii § 4 where writing to P. ıs proconsul of Cilicia he says *esse et nostri imperii dignitatis, Ptole- aut aliquo propinquo loco rege col- te cum classe atque exercitu proficisci ·driam: ut cum eam pace praesi- firmaris Ptolemaeus redeat in reg- ·ita fore ut per te restituatur, quem- ·m senatus initio censuit, et sine ·dine reducatur, quemadmodum s religiosi sibyllae placere dixerunt.*

aestate] cf. VI 474, X 223 foll.

828. *uertat*] This word is not to be pressed, the river might be said to turn its course if it ceased to flow as it did before. cf. Verg. Aen. VIII 86—87 *Tybris ea fluuium quam longa est nocte tumentem leniit et tacita refluens ita substitit unda.*

829. *hibernis imbribus*] i.e. not that rain did usually fall in Egypt in winter, but the poet prays that there may not be that either to make up for the loss of the overflow of the Nile.

830. *soluaris*] 'be dissolved into the crumbling sands of the Aethiopians' i.e. the dry sands of the desert.

832. *semicanesque deos*] For this contempt of the Egyptian gods, cf. Verg. Aen. VIII 698 *ominigenumque deum monstra et latrator Anubis*, Propert. IV xi 41 *ausa Ioui nostro latrantem opponere Anubim*, Iuv. XV 8 *oppida tota canem ueneranturur, nemo Dianam.*

sistra] cf. Iuv. XIII 92, 93 *decernat quodcumque uolet de corpore nostro Isis et irato feriat mea lumina sistro.*

833. *hominem*] Grotius quotes the saying of Xenocrates to the Egyptians. οὗτοι εἰ μὲν θεοί εἰσι μὴ θρηνεῖτε αὐτούς· εἰ δὲ ἄνθρωποι μὴ θύετε αὐτοῖς. For Osiris cf. Iuv. VIII 29 and Prof. Mayor's note.

834. *nostros*] i.e. and so Egypt has the advantage in the exchange.

tu quoque, cum saeuo dederis iam templa tyranno,
nondum Pompeii cineres, o Roma, petisti: 836
exsul adhuc iacet umbra ducis. si saecula prima
uictoris timuere minas; nunc excipe saltem
ossa tui Magni, si nondum subruta fluctu
inuisa tellure sedent. quis busta timebit? 840
quis sacris dignam mouisse uerebitur umbram?
imperet hoc nobis utinam scelus et uelit uti
nostro Roma sinu: satis o nimiumque beatus,
si mihi contingat manes transferre reuolsos
Ausoniam, si tale ducis uiolare sepulcrum. 845
forsitan aut sulco sterili cum poscere finem
a superis aut Roma uolet feralibus Austris,
ignibus aut nimiis, aut terrae tecta mouenti,
consilio iussuque deum transibis in urbem,
Magne, tuam, summusque feret tua busta sacerdos.
nunc quis ad exustam Cancro torrente Syenen 851
ibit et imbrifera siccas sub Pleiade Thebas
spectator Nili: quis rubri stagna profundi,
aut Arabum portus mercis mutator Eoae,
Magne, petet, quem non tumuli uenerabile saxum 855
et cinis in summis forsan turbatus harenis

835. *tyranno*] sc. Caesari.

837. *saecula prima*] i.e. cum recens uicerat Caesar. Schol.

839. *si nondum*] 'if they are not yet uprooted by the waves, but still repose in that hateful soil'.

840. *sedent*] So *sedes* is used of the place of a person's burial, Verg. Aen. VII 3, 4 *et nunc seruat honos sedem tuus ossaque nomen Hesperia in magna si qua est ea gloria signat.*

842. *scelus*] i.e. of disturbing their sepulchre.

844. *transferre reuolsos*] 'to tear up and transport'.

845. *tale*] emphatic: 'when it is such as this'.

847. *Austris*] Oud. cf. Ov. Met. VII 352 *letiferis calidi spirarunt flatibus Austri*, Hor. Sat. II vi 18, 19 *plumbeus Auster auctumnusque grauis Libitinae quaestus acerbae.*

850. *summus sacerdos*] sc. the Pontifex Maximus. cf. the transference of the bones of Orestes to Sparta in Herod. I 67 foll. and that of the bones of Theseus to Athens in Plutarch Thes. 36.

busta] here is equivalent to *cineres*, cf. Stat. Theb. XII 245—247 *haud procul—Ogygias, Argia, domos, et egena sepulcri busta iacere reor.*

852. *siccas*] 'parched even beneath the rainy Pleiad', cf. Val. Flacc. II 357, 358 *Pleiada lege poli nimboso mouerat astro Iuppiter.*

853. *spectator*] cf. Tac. Ann. II 59 *Germanicus Aegyptum proficiscitur cognoscendae antiquitatis.* See also the remarks of Merivale History of the Romans under the Empire cap. xliii pp. 186—7 on the antiquarian curiosity of the Romans.

854. *mutator*] cf. Verg. Ecl. IV 38, 39 *nec nautica pinus mutabit merces.*

855. *quem non...aduertet*] 'who will not be attracted by—and who will not rejoice to appease &c.?' with *iuuabit* supply *quemque non?*

aduertet, manesque tuos placare iuuabit,
et Casio praeferre Ioui? nil ista nocebunt
famae busta tuae. templis auroque sepultus
uilior umbra fores: nunc est pro numine summo 860
hoc tumulo Fortuna iacens. augustius aris
uictoris Libyco pulsatur in aequore saxum.
Tarpeiis qui saepe deis sua tura negarunt,
inclusum fusco uenerentur caespite numen.
proderit hoc olim quod non mansura sepulcri 865
ardua marmoreo surrexit pondere moles.
pulueris exigui sparget non longa uetustas
congeriem bustumque cadet mortisque peribunt
argumenta tuae. ueniet felicior aetas
qua sit nulla fides saxum monstrantibus illud: 870
atque erit Aegyptus populis fortasse nepotum
tam mendax Magni tumulo quam Creta Tonantis.

858. *Casio...Ioui*] There was a temple of Jupiter on Mount Casius.

860. *nunc est...iacens*] Grotius followed by Weise explains this thus: 'Fortuna quodammodo cum ipso Pompeio sepulta cui semper adfuerat'. This is harsh, but if the reading be sound there appears to be no other way of explaining it. Oud. mentions that some MSS. have *es* instead of *est:* but the double address to Pompeius and to Fortune is perhaps still harsher, nor does Oudendorp's own conjecture *at nunc pro numine summo hoc tumulo, Fortuna, iacens* solve the difficulty.

861. *augustius*] 'more awful than the conqueror's altars is that stone storm-beaten on the Libyan plain' or 'near the Libyan sea'; for the latter Oud. cf. IV 634 *Inachiis in undis* i.e. 'by the Inachian waves'.

863. *Tarpeiis...deis*] sc. *Caesaribus.* Weise. It seems to me better to take it as 'the gods of the Roman Capitol' sc. Jupiter and the other gods who had temples on the Capitol, or generally 'the gods of Rome'.

864. *fusco*] Most MSS. read *Tusco* which is certainly out of place: it seems to have arisen from the reading *fulmen* instead of *numen* at the end of the line which is also found in some MSS. as the copyist then thought of I 584 foll. where the Tuscan Aruns is described as burying the thunderbolt; so Weise, who also suggests that *fusco* is a corruption of *fulto* comparing supr. V 316 *stetit aggere fulti caespitis.* But this seems unnecessary; *fusco* makes good enough sense as explained by Sulpitius: 'manes Pompeii sepultos terra nigra: talis enim prae pinguedine'. Others explain the epithet as transferred to the soil from the colour of the inhabitants. For the black soil of Egypt, cf. Herod. II 12 *μελάγγαιόν τε καὶ κατερρηγνυμένην ὥστε ἐοῦσαν Ἰλύν τε καὶ πρόχυσιν ἐξ Αἰθιοπίης κατενηνειγμένην ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ*, Verg. G. IV 292 *et uiridem Aegyptum nigra fecundat harena.*

865. *mansura*] 'permanent'; Tacitus speaking of the tomb of Otho uses a similar expression, though the meaning is somewhat different, Hist. II 49 *Othoni sepulcrum exstructum est modicum et mansurum.*

sepulcri] Oud. with some MSS. reads *futuris*, cf. X 270.

867. *non longa uetustas*] 'no distant futurity'. For *uetustas* of future time, cf. Ov. Met. XV 871—872 *iamque opus exegi quod nec Iouis ira nec ignes nec poterit ferrum nec edax abolere uetustas.*

869. *argumenta*] 'all the proofs of thy death'.

871. *populis*] cf. VII 207.

872. *Creta Tonantis*] cf. Callimachus *Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται· καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο Κρῆτες ἐτεκτήναντο· σὺ δ' οὐ θάνες· ἐσσὶ γὰρ αἰεί*, Cic. N. D. III § 53 *tertium (Iouem) Cretensem, Saturni filium, cuius in illa insula sepulcrum ostenditur.*

M. ANNAEI LUCANI

PHARSALIAE

LIBER NONUS.

ARGUMENT OF BOOK IX.

Apotheosis of Pompeius 1—18. Cato retreats to Corcyra and thence to Africa 19—50, where Cornelia joins him; her lamentations 51—119. Meeting and conversation of the sons of Pompeius 120—166. Mourning for Pompeius 167—185. Cato's panegyric of him 186—217. Tarchondimotus wishes to desert; the fugitives are recalled by Cato 217—293. Cato captures Cyrene, and proposes to join Juba; description of the Syrtes 294—318. A storm arises; description of Tritonis 319—367. The fleet reaches Africa; Cato determines to march by land to Mauretania 368—410. Description of Libya 411—497. The troops suffer from thirst; Cato refuses to drink 498—510. They arrive at the temple of Hammon 511—543. Labienus urges Cato to consult the oracle 544—563, he refuses 564—586. The march continues; Cato's endurance 587—618. Origin of the Libyan serpents 619—699. Deaths of soldiers by the bite of various serpents 700—838. Complaints of the soldiers 839—889, they are helped by the Psylli 890—941. Cato reaches Leptis 942—949. Caesar in pursuit of Pompeius visits the Troad 950—999, and reaches Egypt, where he is presented with the head of Pompeius 1000—1034, he weeps at the sight of it, and reproaches the Egyptians 1035—1108.

At non in Pharia manes iacuere fauilla,
nec cinis exiguus tantam compescuit umbram.
prosiluit busto, semiustaque membra relinquens
degeneremque rogum sequitur conuexa Tonantis,
qua niger astriferis conectitur axibus aer, 5

1. *at non*] In this account of the apotheosis of Pompeius Lucan, as Micyllus remarks, adopts the doctrines of Plato, for which cf. Plat. Rep. Bk X and Cicero de Rep. VI.

4. *sequitur*] 'seeks' 'makes for', cf. Verg. Aen. IV 361 *Italiam non sponte sequor*, Id. VII 606 *Auroramque sequi Parthosque reposcere signa.* For *conuexa*, cf. Verg. Aen. IV 451 *taedet caeli conuexa tueri.*

5. *niger*] i.e. in comparison with the aether and the stars. Weise.

astriferis axibus] i.e. the poles on which the stars revolve. Oud. cf. Ov. Trist. IV iv 62 *paene sub eiusdem sideris axe iacent.*

quaque patet terras inter lunaeque meatus,
(semidei manes habitant, quos ignea uirtus
innocuos uita patientis aetheris imi
fecit) et aeternos animam collegit in orbes.
non illuc auro positi nec ture sepulti 10
perueniunt. illic postquam se lumine uero
impleuit, stellasque uagas miratur et astra
fixa polis, uidit quanta sub nocte iaceret
nostra dies, risitque sui ludibria trunci.
hinc super Emathiae campos et signa cruenti 15
Caesaris ac sparsas uolitauit in aequore classes,
et scelerum uindex in sancto pectore Bruti
sedit, et inuicti posuit se mente Catonis.
ille, ubi pendebant casus, dubiumque manebat
quem mundi dominum facerent ciuilia bella, 20
oderat et Magnum, quamuis comes isset in arma
auspiciis raptus patriae ductuque senatus:
at post Thessalicas clades iam pectore toto
Pompeianus erat. patriam tutore carentem

6. *patet*] sc. *aer*, i.e. the air is regarded as filling the space between the earth and the orbit of the moon, the nearest of the planets.

7. *semidei*] For the parenthesis cf. infr. 823, Verg. Aen. III 13—14 *terra procul uastis colitur Mauortia campis, Thraces arant, acri quondam regnata Lycurgo.*

ignea] i.e. so fitting them to endure the fiery aether, cf. Verg. Aen. VI 730—732 *igneus est ollis uigor et caelestis origo seminibus, quantum non noxia corpora tardant terrenique hebetant artus, moribundaque membra*, Cic. de Rep. VI § 15 *hisque animus datus est ex illis sempiternis ignibus quae sidera et stellas uocatis.*

8. *innocuos uita*] probably active, 'harmless in their lives'; but it may possibly be passive, 'unharmed by life', i. e. uncorrupted by it, cf. Verg. l. c. supr. and Id. X 301, 302 *sedere carinae omnes innocuae.*

9. *animam*] 'joined his soul to the company of the eternal spheres', cf. Plat. Phaedrus p. 247 foll.

10. *auro positi*] cf. VIII 859.

11. *lumine uero*] i. e. the light of heaven, of which that of earth is only a feeble counterpart: there is a reference to the Platonic doctrine of ideas. See also 13 infr.

12. *stellas uagas*] sc. the planets.

miratur] cf. Verg. Ecl. V 56, 57 *candidus insuetum miratur limen Olympi sub pedibusque uidet nubes et sidera Daphnis.*

13. *nocte*] i.e. compared to the *lumen uerum* of line 11. Compare Milton, Paradise Lost, VI 9—12 Light issues forth, and at the other door Obsequious darkness enters till her hour To veil the heaven, though darkness there might well Seem twilight here.

14. *ludibria*] 'the mockery done to his headless corpse'.

19. *pendebant*] 'were doubtful', cf. Val. Flacc. V 301, 302 *cunctaque adhuc magni ueniant dum regis ad urbem ambigua et dubia rerum pendentia summa.*

21. *et Magnum*] i.e. as well as Caesar.

22. *auspiciis patriae*] cf. Hom. Il. XII 243 εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης.

24. *tutore*] A metaphor from the relation of a ward to his guardian: compare II 297 foll. where Cato describes himself as standing in a kind of parental relation to Rome; see also note on II 388.

excepit, populi trepidantia membra refouit, 25
ignauis manibus proiectos reddidit enses:
nec regnum cupiens gessit ciuilia bella,
nec seruire timens. nil causa fecit in armis
ipse sua: totae post Magni funera partes
libertatis erant: quas ne per litora fusas 30
colligeret rapido uictoria Caesaris actu,
Corcyrae secreta petit, ac mille carinis
abstulit Emathiae secum fragmenta ruinae.
quis ratibus tantis fugientia crederet ire
agmina? quis pelagus uictas artasse carinas? 35
Dorida tum Malean et apertam Taenaron umbris,
inde Cythera petit: Boreaque urgente carinas
Creta fugit: Dictaea legit cedentibus undis
litora. tunc ausum classi praecludere portus
impulit, ac saeuas meritum Phycunta rapinas 40
sparsit: et hinc placidis alto delabitur auris
in litus, Palinure, tuom: neque enim aequore tantum

25. *excepit*] in tutelam suam, Weise. i.e. after the loss of its former guardian Pompeius.

28. *nec seruire timens*] i.e. because he could put an end to his life whenever he chose, cf. Sen. Epist. I xii § 10 *noli timere aliquid secum fert. quare aliquid dixi? multum. quid enim hac uoce praeclarius, quam illi trado ad te perferendam? 'malum est in necessitate uiuere: sed in necessitate uiuere necessitas nulla est'. quidni nulla sit? patent undique ad libertatem uiae multae breues faciles. agamus deo gratias quod nemo in uita teneri potest: calcare ipsas necessitates licet.* Id. Ep. X i (77) § 15.

29. *partes*] 'the whole party after Magnus' death was the party of freedom', cf. infr. 97.

31. *colligeret*] 'lest Caesar's victory sweeping swiftly on should gather them up'; for *actus* cf. Lucret. III 193 *et pigri latices magis et cunctantior actus*, Verg. Aen. XII 687 *fertur in abruptum magno mons improbus actu.*

32. *mille*] generally for a large number: there were really 300.

35. *artasse*] narrowed, and so, thronged the sea, cf. Mart. II xc 6 *atriaque immodicis artat imaginibus.*

36. *apertam Taenaron umbris*] 'Taenarus to which the shades have free passage', i.e. where they are allowed to go as far as the entrance to the infernal regions, cf. VI 648—651 *non Taenaris sic faucibus aer sedit iners, maestum mundi confine latentis ac nostri: quo non metuunt emittere manes Tartarei reges.* So Verg. G. IV 467 speaks of *Taenarias etiam fauces alta ostia Ditis.* For *apertam* cf. I 465 *apertum gentibus orbem.*

38. *Creta fugit*] 'Crete flies from them', i.e. seems to do so, as they fly along its shores; cf. Verg. Aen. III 72 *prouehimur portu; terraeque urbesque recedunt.*

legit] sc. Cato, cf. V 513.

cedentibus undis] 'as the waves give way before him'. Oud. cf. Ov. Heroid. XVIII 76 *per mihi cedentes nocte ferebar aquas.*

39. *classi*] 'to close their port against his fleet', cf. Caesar B. C. III 12 *illi dabantur se negare neque portus consuli praeclusuros.*

40. *impulit*] 'he assailed and plundered Phycus which well deserved cruel devastation'. Phycus was a town in Cyrenaica.

42. *Palinure*] There was a promontory in Africa so-called: Oud. cf. Strabo § XVII 22 (838) where it is called κώμη Παλίνουρα.

Ausonio monumenta tenes, portusque quietos
testatur Libye Phrygio placuisse magistro.
tum procul ex alto tendentes uela carinae 45
ancipites tenuere animos, sociosne malorum,
an ueherent hostes. praeceps facit omne timendum
uictor et in nulla non creditur esse carina.
ast illae puppes luctus planctusque ferebant,
et mala uel duri lacrimas motura Catonis. 50
nam postquam frustra precibus Cornelia nautas
priuignique fugam tenuit, ne forte repulsus
litoribus Phariis remearet in aequora truncus,
ostenditque rogum non iusti flamma sepulcri:
ergo indigna fui, dixit, Fortuna, marito 55
accendisse rogum gelidosque effusa per artus
incubuisse uiro; laceros exurere crines,
membraque dispersi pelago componere Magni;
uolneribus cunctis largos infundere fletus;
ossibus et tepida uestes implere fauilla; 60
quidquid ab exstincto licuisset tollere busto
in templis sparsura deum. sine funeris ullo
ardet honore rogus: manus hoc Aegyptia forsan
obtulit officium graue manibus. o bene nudi
Crassorum cineres: Pompeio contigit ignis 65

43. *monumenta*] cf. Verg. Aen. VI 381 *aeternumque locus Palinuri nomen habebit.*

44. *magistro*] 'pilot', cf. Verg. Aen. VI 353, 354 *quam tua ne spoliata armis excussa magistro deficeret tantis nauis surgentibus undis.*

47. *praeceps*] predicate, 'by his energy', cf. II 656 *Caesar in omnia praeceps nil actum credens dum quid superesset agendum.*

50. *duri*] ἀπαθοῦς utpote Stoici. Weise. cf. II 380.

52. *priuigni*] i.e. Sextus Pompeius who was the son of Cn. Pompeius by his former wife Aemilia.

ne forte] 'lest haply the headless corpse beaten back from the shore should float out again to sea', cf. Verg. Aen. II 545 *rauco quod protinus aere repulsum.*

54. *non iusti*] 'irregular'; *iustus* is a word specially used in connexion with funeral rites, cf. Caesar B. G. VI 18 *iustis funebribus confectis*, Ov. Trist. IV x 80 *matri proxima iusta tuli.* See also note on 67 infr.

55. *ergo*] expostulantis, as often, cf. Hor. carm. I xxiv 5 *ergo Quintilium perpetuus sopor urget.*

57. *laceros exurere*] 'to tear and burn', cf. Aesch. cho. 7 πλόκαμος πενθητήριος: but this custom does not seem to have been usual at Rome.

59. *uolneribus*] cf. VIII 727.

60. *tepida*] cf. Hor. carm. II vi 23 *ibi tu calentem debita sparges lacrima fauillam uatis amici.* For the custom of gathering the bones in the folds of the dress cf. Tibull. I iii 5 *non hic mihi mater quae legat in maestos ossa perusta sinus*, Id. III ii 9 seq.

63. *Aegyptia*] cf. VIII 767.

64. *graue manibus*] 'displeasing to his shade'.

nudi] 'unburied'.

inuidia maiore deum. similisne malorum
sors mihi semper erit? numquam dare busta licebit
coniugibus: numquam plenas plangemus ad urnas?
quid porro tumulis opus est aut ulla requiris
instrumenta, dolor? non toto pectore portas 70
impia Pompeium? non imis haeret imago
uisceribus? quaerat cineres uictura superstes.
nunc tamen, hinc longe qui fulget luce maligna
ignis, adhuc aliquid Phario de litore surgens
ostendit mihi, Magne, tui. iam flamma resedit, 75
Pompeiumque ferens uanescit solis ad ortus
fumus, et inuisi tendunt mihi carbasa uenti.
non mihi nunc tellus Pompeio si qua triumphos
uicta dedit, non alta terens Capitolia currus
gratior: elapsus felix de pectore Magnus; 80
hunc uolumus quem Nilus habet, terraeque nocenti
non haerere queror: crimen commendat harenas.
linquere, si qua fides, Pelusia litora nolo.
tu pete bellorum casus, et signa per orbem,
Sexte, paterna moue: namque haec mandata reliquit
Pompeius uobis in nostra condita cura: 86
me cum fatalis leto damnauerit hora,

66. *inuidia*] 'bringing more odium on the gods', i.e. that Pompeius should have such miserable funeral rites is a greater disgrace to the gods than that he should have none; see note on VIII 800.

at quaecumque uagam Syrtim complectitur ora
sub nimio porrecta die uicina perusti
aetheris exurit messes, et puluere Bacchum
enecat, et nulla putris radice tenetur.
temperies uitalis abest: et nulla sub illa 435
cura Iouis terra est: natura deside torpet
orbis et immotis annum non sentit harenis.
hoc tam segne solum raras tamen exserit herbas,
quas Nasamon gens dura legit, qui proxima ponto
nudus rura tenet, quem mundi barbara damnis 440
Syrtis alit. nam litoreis populator harenis
imminet, et nulla portus tangente carina
nouit opes. sic cum toto commercia mundo
naufragiis Nasamones habent. hac ire Catonem

333 *exhaustaque sanguine turba:* see also Ov. Fast. IV 785, 786 *omnia purgat edax ignis uitiumque metallis excoquit.*

nullo] 'its clods are innocent'.

426. *et penitus*] 'and is mere earth to its lowest depths', i.e. earth unmixed with metal.

tantum] 'the only wealth of its inhabitants is the Maurusian wood, whose use they knew not, but lived content with the foliage and shade of the citron', i.e. until the Romans came, the natives used the citron only to wreath their hair: this was the wood of which the most costly tables were made by the Romans; cf. Cic. in Verrem II iv § 37 *tu maximam et pulcherrimam mensam citream a Q. Lutatio Diodoro (abstulisti)*, Pers. I 52 *non quidquid denique lectis scribitur in citreis?*

430. *epulas*] cf. I 166 *totoque accersitur orbe quo gens quaeque perit.*

431. *uagam*] 'shifting'.

432. *nimio die*] sc. sole torrenti, Schol.

434. *putris*] 'crumbling', sc. mere loose sand: to be *putre* to a certain extent is a merit in soil, cf. Verg. G. II 204 *et cui putre solum namque hoc imitamur arando optima frumentis.*

tenetur] 'is held together', i.e. as sandbanks are by the roots of grass.

435. *uitalis*] 'life-giving moderation in the heat'. cf. Cic. N. D. II 24 *caloris naturam uim habere in se uitalem.*

436. *cura Iouis*] 'there is no Jove-sent provision under that soil', i.e. springs of water &c. fed by rains from heaven. So I would understand it: cf. Verg. G. II 49 *quippe solo natura subest.* Weise explains it as a case of hypallage, equivalent to *tellus illa sub nulla est Iouis cura.*

437. *immotis*] 'and with its unvarying sands feels not the changes of the seasons'. In this passage *immotus* evidently cannot mean 'fixed' as the sands are described as shifting, but is equivalent to *constans.*

440. *mundi damnis*] sc. the wrecks of vessels; cf. Sil. Ital. III 320, 321 *hinc coit aequoreus Nasamon inuadere fluctu audax naufragia et praedas auertere ponto.*

441. *populator*] 'plunderer'.

442. *nulla portus*] 'and though no ships touch at havens there', i.e. implying that they have no havens for ships to touch at.

443. *nouit opes*] 'are acquainted with luxury'.

444. *naufragiis*] 'have dealings with all the world by means of shipwrecks'.

dura iubet uirtus. illic secura iuuentus 445
uentorum nullasque timens tellure procellas
aequoreos est passa metus. nam litore sicco
quam pelago Syrtis uiolentius accipit Austrum;
et terrae magis ille nocens. non montibus illum
aduersis frangit Libye scopulisque repulsum 450
dissipat, et liquidas e turbine soluit in auras:
nec ruit in siluas annosaque robora torquens
lassatur: patet omne solum, liberque meatu
Aeoliam rabiem totis exercet habenis:
et non imbriferam contorto puluere nubem 455
in flexum uiolentus agit: pars plurima terrae
tollitur et numquam resoluto uertice pendet.
regna uidet pauper Nasamon errantia uento
discussasque domos: uolitantque a culmine raptae
detecto Garamante casae. non altius ignis 460
rapta uehit: quantumque licet consurgere fumo
et uiolare diem, tantus tenet aera puluis.
tum quoque Romanum solito uiolentius agmen
adgreditur, nullusque potest consistere miles,
instabilis raptis etiam, quas calcat, harenis. 465
concuteret terras orbemque a sede moueret,
si solida Libye compage et pondere duro
clauderet exesis Austrum scopulosa cauernis:

445. *secura*] 'not thinking of the winds'.

447. *aequoreos*] quales nauigantes in mari experiuntur. Weise.

448. *uiolentius*] Oud. cf. Sil. Ital. III 652, 653 *nos tulit ad superos perfundens sidera Syrtis, nos paene aequoribus tellus uiolentior hausit.*

449. *non montibus*] 'Libya has no mountains to oppose and break the force of its blast, no rocks to drive it back and scatter it, and reduce it from a hurricane to calm clear air': cf. Verg. Aen. X 272 *liquida si quando nocte cometae sanguinei lugubre rubent.* For *soluere* cf. Propert. V iv 79 *Romulus excubias decreuit in otia solui.*

453. *liberque*] 'and with free passage everywhere vents the rage of Aeolus in all unchecked career'. For *totis habenis* Oud. cf. II 500 *haec ubi dicta, leuis totas accepit habenas in campum sonipes*, and for the metaphor Verg. Aen. XII 499 *irarumque omnes effudit habenas.*

456. *in flexum agit*] 'drives circling round'.

457. *numquam resoluto*] 'and hangs in mid air, as the whirlwind never breaks up'.

458. *regna*] 'his country'.

459. *uolitantque*] 'and the huts fly aloft torn away roof first and leave the Garamantian exposed'.

461. *rapta*] sc. ashes &c. Weise.

462. *et uiolare diem*] 'obscuring the light of day'. cf. Claudian in Rufin. I 63 *et flatu uiolare diem*, speaking of Allecto.

465. *instabilis*] 'failing to stand, since the very sand he treads on is swept away'.

467. *si solida*] 'if Libya of solid texture and firm heavy substance were rocky and shut up Auster in hollowed caverns', i.e. so that it would have to force a passage out.

sed quia mobilibus facilis turbatur harenis
nusquam luctando stabilis manet, imaque tellus 470
stat quia summa fugit. galeas et scuta uirorum
pilaque contorsit uiolento spiritus actu
intentusque tulit magni per inania caeli.
illud in externa forsan longeque remota
prodigium tellure fuit: delapsaque caelo 475
arma timent gentes, hominumque erepta lacertis
a superis demissa putant. sic illa profecto
sacrifico cecidere Numae, quae lecta iuuentus
patricia ceruice mouet: spoliauerat Auster
aut Boreas populos ancilia nostra ferentis. 480
sic orbem torquente Noto Romana iuuentus
procubuit, metuensque rapi constrinxit amictus,
inseruitque manus terrae: nec pondere solo
sed nisu iacuit uix sic immobilis Austro:
qui super ingentes cumulos inuoluit harenae 485
atque operit tellure uiros. uix tollere miles
membra ualet multo congestu pulueris haerens.
adligat et stantis adfusae magnus harenae
agger et immoti terra surgente tenentur.
saxa tulit penitus discussis proruta muris 490
effuditque procul miranda sorte malorum:
qui nullas uidere domos uidere ruinas.
iamque iter omne latet: nec sunt discrimina terrae
ulla nisi aetheriae medio uelut aequore flammae.
sideribus nouere uias: nec sidera nota 495

470. *stabilis*] 'it remains stable by ering resistance nowhere'.
473. *intentus*] 'forcibly', cf. Cic. de it. II § 211 *sic haec (oratio) quae susciur ab oratore ad commutandos animos, intenta et uehemens esse debet.*
474. *externa*] sc. respectu Libyae. eise. Oud. reads *extrema*.
477. *illa*] sc. the ancilia.
478. *cecidere*] 'fell before Numa as he ered sacrifice'.
lecta iuuentus] sc. the Salii, for whom I 603.
484. *sed nisu iacuit*] 'but lay on the ɔund with an effort', i.e. clinging to it th all their strength.
490. *saxa tulit*] 'it carried stones thrown down from walls dashed all to pieces'.
491. *miranda*] 'with harm which it was strange should happen', *θείᾳ τινὶ κακῶν τύχῃ*.
492. *ruinas*] There were no houses near, so the ruins must have been carried from a distance.
493. *nec sunt discrimina*] 'nor is there aught to mark the difference in the ground, save only, as in mid ocean, the fires of heaven'.
494. *ulla*] This line is omitted by some MSS. but is found in others and is in the Roman edition of 1469.
495. *nec sidera*] 'nor does the horizon that bounds the realm of Libya suffer the

ostendit Libycae finitor circulus orae,
multaque deuexo terrarum margine celat.
utque calor soluit quem torserat aera uentus,
incensusque dies, manant sudoribus artus,
arent ora siti: conspecta est parua maligna 500
unda procul uena: quam uix e puluere miles
corripiens patulum galeae confudit in orbem,
porrexitque duci. squalebant puluere fauces
cunctorum: minimumque tenens dux ipse liquoris
inuidiosus erat. mene, inquit, degener unum 505
miles in hac turba uacuom uirtute putasti?
usque adeo mollis primisque caloribus impar
sum uisus? quanto poena tu dignior ista es,
qui populo sitiente bibas. sic concitus ira
excussit galeam suffecitque omnibus unda. 510
uentum erat ad templum Libycis quod gentibus unum
inculti Garamantes habent: stat sortifer istic
Iuppiter, ut memorant, sed non aut fulmina uibrans,
aut similis nostro, sed tortis cornibus Hammon.
non illic Libycae posuerunt ditia gentes 515
templa, nec Eois splendent donaria gemmis:
quamuis Aethiopum populis Arabumque beatis

stars they know (i.e. those of the northern hemisphere) to be seen'.

497. *multaque deuexo*] 'but with downward sloping edge conceals many'. cf. VIII 292.

498. *utque calor*] 'and when the heat dispersed the air which the wind had driven hither and thither'. The whirlwind is apparently regarded as consisting of condensed air, cf. note on I 531.

499. *incensusque*] 'and the day was lighted up', sc. by the sun. cf. Ov. ex Ponto II i 41 *deque triumphato quod sol incenderit auro. incendere diem* is found in a different sense in IV 68.

After *dies* many MSS. insert *iam spissior ignis...calcatur* from infr. 604—606, continuing *et umor in Noton omnis abit:* these words were rightly ejected by Grotius: with *manant* and *arent* continue *ut* as part of the protasis.

500. *maligna*] 'scanty', cf. VIII 565.

502. *confudit*] 'poured it all'.

503. *squalebant*] 'were parched', cf. supr. I 205 note.

505. *inuidiosus*] 'was an object of envy'. cf. Cic. de leg. agrar. II § 68 *qui possessiones inuidiosas tenebant.*

507. *primisque caloribus*] 'the morning heat'.

508. *poena—ista*] i.e. this punishment which I inflict on myself, viz. to go without drinking.

510. *suffecit*] i.e. all were content to go without, after Cato had set the example. Compare the story told of David in I Chronicles xi 15 foll. Oud. quotes from Frontinus Strateg. I vii 7 a similar story of Alexander.

511. *Libycis*] 'which alone common to all the tribes of Libya &c.' cf. inf. 518.

512. *sortifer*] 'oracular', some MSS. read *corniger.*

516. *donaria*] θησαυροί 'treasuries'.

517. *beatis*] cf. Hor. carm. I xxix 1 *Icci beatis nunc Arabum inuides gazis.*

gentibus atque Indis unus sit Iuppiter Hammon,
pauper adhuc deus est nullis uiolata per aeuom
diuitiis delubra tenens: morumque priorum 520
numen Romano templum defendit ab auro.
esse locis superos testatur silua per omnem
sola uirens Libyen. nam quidquid puluere sicco
separat ardentem tepida Berenicida Lepti
ignorat frondes: solus nemus extulit Hammon. 525
siluarum fons causa loco, qui putria terrae
adligat et domitas unda conectit harenas.
sic quoque nil obstat Phoebo cum cardine summo
stat librata dies: truncum uix protegit arbor:
tam breuis in medium radiis compellitur umbra. 530
deprensum est hunc esse locum qua circulus alti
solstitii medium signorum percutit orbem.
non obliqua meant, nec Tauro Scorpios exit
rectior, aut Aries donat sua tempora Librae,
aut Astraea iubet lentos descendere Pisces. 535
par Geminis Chiron, et idem quod Carcinos ardens

518. *Indis*] For the confusion between Indians and Aethiopians cf. Verg. G. IV 293 *usque coloratis amnis deuexus ab Indis*, used of the Nile, and Conington's note.

519. *uiolata*] 'defiled'. cf. Iuv. XI 116 *fictilis et nullo uiolatus Iuppiter auro*, on which see Prof. Mayor's note.

520. *morumque priorum*] 'a good old-fashioned deity'.

521. *Romano*] cf. Sen. contr. II 9 *quietiora tempora pauperes haluimus: bella ciuilia aurato Capitolio gessimus.* cf. also Persius II 59—69 *aurum uasa Numae Saturniaque impulit aera, Vestalesque urnas et Tuscum fictile mutat. o curuae in terras animae et caelestium inanes, quid iuuat hoc, templis nostros immittere mores, et bona dis ex hac scelerata ducere pulpa? ...peccat et haec, peccat; uitio tamen utitur, at uos dicite, pontifices, in sancto quid facit aurum?*

524. *Berenicida*] Berenicis was in the Cyrenaic Pentapolis, Leptis near Carthage and Utica.

526. *qui putria*] 'which binds together the crumbling soil and with its waters subdues and unites the sands'.

528. *sic quoque*] 'even thus there is no defence against the sun, when the day stands balanced evenly on the highest pole: scarce can the tree protect its trunk, into so narrow a space in the centre is the shade driven by the sun's rays'. cardo hic uocatur summa pars medii caeli quam sol occupat meridie, media aestate. Weise. cf. IV 672, also II 587 *umbras nusquam flectente Syene.*

531. *qua circulus*] 'where the circle of the solstice in the sky (sc. the equinoctial circle) cuts the zodiac in its centre'.

533. *non obliqua meant*] 'they, sc. the constellations of the zodiac, do not move obliquely', i.e. as with us. Oud. cf. Verg. G. I 239 *obliquus qua se signorum uerteret ordo.*

nec Tauro] 'nor does the Scorpion rise more vertically than the Bull'.

534. *aut Aries*] 'nor does the Ram give back his hours to the Balance', i.e. as many hours of the day as there are when the sun is in Libra, so many are there of the night when the sun is in Aries, and vice versa.

535. *aut Astraea*] 'nor does Astraea (Virgo) bid the Fishes set slowly'.

536. *par Geminis*] 'Chiron (Sagittarius) is on a level with the Twins', i.e.

umidus Aegoceros: nec plus Leo tollitur Vrna.
at tibi, quaecumque es Libyco gens igne dirempta,
in Noton umbra cadit quae nobis exit in Arcton:
et segnis Cynosura subit: tu sicca profundo 540
mergi plaustra putas, nullumque in uertice summo
sidus habes immune mari; procul axis uterque est,
et fuga signorum medio rapit omnia caelo.
stabant ante fores populi quos miserat Eos,
cornigerique Iouis monitu noua fata petebant, 545
sed Latio cessere duci: comitesque Catonem
orant exploret Libycum memorata per orbem
numina, de fama tam longi iudicet aeui.
maximus hortator scrutandi uoce deorum
euentus Labienus erat. sors obtulit, inquit, 550
et fortuna uiae tam magni numinis ora
consiliumque dei: tanto duce possumus uti
per Syrtes bellique datos cognoscere casus.
nam cui crediderim superos arcana daturos
dicturosque magis quam sancto uera Catoni? 555
certe uita tibi semper directa supernas
ad leges sequerisque deum. datur ecce loquendi
cum Ioue libertas: inquire in fata nefandi
Caesaris et patriae uenturos excute mores:

rises no higher, 'and the blazing Crab rises just as high as watery Capricorn'. *idem* sc. *tollitur*, not to be taken with *ardens* as Weise would have it.

538. *Libyco*] 'cut off from the world by the heat of Libya'.

539. *umbra*] See the account of the circumnavigation of Africa in Herod. IV 42: also note on III 248.

540. *subit*] 'and slow-moving Cynosura sinks below the horizon'.

542. *immune*] cf. Ov. Met. XIII 294 *immunemque aequoris Arcton*. For the construction of *immunis* with the ablative cf. note on II 257, VIII 704.

procul] i.e. both poles, north and south are equally distant.

543. *et fuga*] 'and the movement of the zodiac sweeps all its constellations along in the midst of the sky'.

545. *noua fata*] 'destinies unheard before'.

548. *iudicet*] 'to pass judgement c reputation maintained for so many ag i.e. by testing the truth of the oracle.

549. *scrutandi*] 'prying into the ture by the oracle of the god'.

550. *Labienus*] For Labienus, c 346.

553. *datos*] 'and discover the issu the war assigned by fate'.

554. *arcana*] 'secret oracles'. W cf. V 137.

556. *directa*] 'thy life has ever b ordered in accordance with the laws dwell on high'. cf. Cic. pro Mur. *Catoni uitam ad certam rationis norn dirigenti.*

559. *excute*] 'search into the fu character of thy native land'. cf. Ov Ponto IV viii 17, 18 *seu genus excut equites ab origine prima usque per in meros inueniemur auos.*

iure suo populis uti legumque licebit, 560
an bellum ciuile perit. tua pectora sacra
uoce reple: durae semper uirtutis amator
quaere quid est uirtus et posce exemplar honesti.
ille deo plenus tacita quem mente gerebat
effudit dignas adytis e pectore uoces: 565
quid quaeri, Labiene, iubes? an liber in armis
occubuisse uelim potius quam regna uidere?
an sit uita nihil, et longa? an differat aetas?
an noceat uis ulla bono? Fortunaque perdat
opposita uirtute minas? laudandaque uelle 570
sit satis, et numquam successu crescat honestum?
scimus et haec nobis non altius inseret Hammon.
haeremus cuncti superis, temploque tacente
nil agimus nisi sponte dei: nec uocibus ullis
numen eget: dixitque semel nascentibus auctor 575

560. *populis*] used of the Roman ple, cf. note on VII 185.
icebit] For the mood of this word, of *it* in the following line, and of *est* in cf. note on I 126 *quis iustius induit na scire nefas*, also Hor. Epist. I vii 39 *pice si possum*, Pers. III 66—72.
561. *perit*] 'is wasted', 'is in vain'. notes on IV 252, VI 54, VII 558, 1058
562. *semper*] Oud. with some MSS. ds *saltem* not *semper*, i.e. at all events ou will not enquire about future events, uire into the nature of virtue. *semper* st be taken with *amator*, cf. notes on I 330, supr. 283.
563. *exemplar*] 'and ask for a pattern ight'.
565. *dignas adytis*] i.e. worthy to have n uttered by the oracle. Oud. cf. ret. I 737 foll. *quamquam multa bene liuinitus inuenientes ex adyto tanquam lis responsa dedere sanctius, et multo a ratione magis quam Pythica, quae ode ex Phoebi lauroque profatur.* tius refers to Senec. controu. I § 9 *ntis nisi illam uocem non M. Catonis oraculi creditis. quid enim est oracu- ? nempe uoluntas diuina hominis ore ntiata. et quem tandem antistitem ctiorem inuenire sibi diuinitas potuit m M. Catonem?*
567. *regna*] 'tyranny'. cf. III 145, VII
568. *an sit uita nihil, et longa?*] 'whether life is of no account even when prolonged?' Weise cf. Sen. Epp. IX ii (73) § 13 *non est uirtus maior quae longior.*
an differat aetas?] 'whether a man's age makes any difference?' i.e. it is in Stoic language ἀδιάφορον. The reading in the text is due to Cortius, and is adopted by Weise and is apparently that which the Scholiast had before him; his explanation is *an aliquid intersit parum uixisse, uel plurimum.* Most MSS. read *sed longam differat aetas?* the reading of the Roman edition of 1469 is *sed longa? an differat aetas?*
569. *perdat*] 'and Fortune's threats are vain when virtue is set against them'.
571. *successu*] 'and the right never grows greater by success'.
572. *scimus*] 'this we know, and Hammon will not implant it more deeply in our hearts'.
573. *haeremus*] 'we are in constant intercourse with heaven'. cf. Plin. Ep. VII 27 *obtinenti Africam comes haeserat.*
temploque tacente] 'and though the oracle be dumb'.
574. *sponte dei*] 'by the inspiration of God'. For this silver-age use of *sponte* with a genitive, cf. I 99, 234. Tac. Ann. II 59 *non sponte principis.*
575. *dixitque*] i.e. by means of the conscience.
auctor] sc. *generis humani*, cf. Hor. carm. I ii 35, 36 *siue neglectum genus et nepotes respicis auctor.*

quidquid scire licet: steriles nec legit harenas,
ut caneret paucis, mersitque hoc puluere uerum:
estque dei sedes, ubi terra et pontus et aer
et caelum et uirtus. superos quid quaerimus ultra?
Iuppiter est quodcumque uides quodcumque moueris,
sortilegis egeant dubii semperque futuris 581
casibus ancipites: me non oracula certum,
sed mors certa facit. pauido fortique cadendum est:
hoc satis est dixisse Iouem. sic ille profatur:
seruataque fide templi discedit ab aris 585
non exploratum populis Hammona relinquens.
ipse manu sua pila gerens praecedit anheli
militis ora pedes: monstrat tolerare labores,
non iubet: et nulla uehitur ceruice supinus
carpentoque sedens. somni parcissimus ipse est, 590
ultimus haustor aquae. cum tandem fonte reperto
indiga conatur laticis potare iuuentus,
stat dum lixa bibat. si ueris magna paratur
fama bonis et si successu nuda remoto
inspicitur uirtus, quidquid laudamus in ullo 595
maiorum, Fortuna fuit. quis Marte secundo,
quis tantum meruit populorum sanguine nomen?

576. *steriles nec legit*] 'nor did he choose out these barren sands'. The simple form *legere* more commonly means to skirt or traverse or else to gather up: for the former cf. V 513, supr. 38, for the latter VII 756. Oud. accordingly proposes to read here *sterilesne elegit*.

577. *mersit*] 'buried'. cf. Ov. Met. X 498 *mersitque suos in cortice uoltus*.

579. *caelum*] cf. Eur. frag. Melanippe 7 ὄμνυμι δ' ἱερὸν αἰθέρ' οἴκησιν Διός.

ultra] 'beyond ourselves', cf. Sen. Epp. IV xii (41) §§ 1, 2 *non sunt ad caelum eleuandae manus nec exorandus aedituus ut nos ad aurem simulacri, quasi magis exaudiri possimus, admittat; prope est a te deus, tecum est, intus est. ita dico, Lucili; sacer intra nos spiritus sedet, malorum bonorumque nostrorum obseruator et custos.*

580. *quodcumque*] 'all that you see, and all your feelings, that is Jupiter'. i.e. both the external world and the soul of each individual. cf. Verg. G. IV 219—227, Aen. VI 724—734, Plin. H. N. II § 14 *quisquis est deus, si modo est alius, et quacunque in parte, totus est sensus, totus uisus, totus auditus, totus animae, totus animi, totus sui*, and further on § 18 *deus est mortali iuuare mortalem*. The common reading retained by Oud. is *quecunque moueris*.

582. *me non oracula*] 'it is not oracles that make me certain, but the certainty of death'.

585. *fide*] 'preserving the temple's credit', i.e. as he had not tested it.

586. *populis*] sc. *externis*; dative.

588. *pedes*] 'on foot'. cf. Verg. Aen. VI 880 *seu cum pedes iret in hostem*.

589. *ceruice*] 'is not borne reclining on men's shoulders or seated in a chariot'. cf. Iuv. I 64 *cum iam sexta ceruice feratur*.

593. *dum*] 'till the camp-follower has drunk'.

594. *bonis*] neuter; 'is won by real merits'.

nuda] cf. Iuv. X 141 *quis enim uirtutem amplectitur ipsam praemia si tollas?*

596. *Fortuna fuit*] 'was Fortune', i.e. 'Fortune's gift', i.e. rather than Virtue's

hunc ego per Syrtes Libyaeque extrema triumphum
ducere maluerim, quam ter Capitolia curru
scandere Pompeii, quam frangere colla Iugurthae. 600
ecce parens uerus patriae dignissimus aris
Roma, tuis; per quem numquam iurare pudebit,
et quem, si steteris umquam ceruice soluta,
nunc olim factura deum. iam spissior ignis,
et plaga, quam nullam superi mortalibus ultra 605
a medio fecere die, calcatur, et unda
rarior. inuentus mediis fons unus harenis
largus aquae, sed quem serpentum turba tenebat
uix capiente loco. stabant in margine siccae
aspides, in mediis sitiebant dipsades undis. 610
ductor ut adspexit perituros fonte relicto
adloquitur: uana specie conterrite leti,
ne dubita, miles, tutos haurire liquores:
noxia serpentum est admixto sanguine pestis:
morsu uirus habent et fatum dente minantur: 615
pocula morte carent. dixit, dubiumque uenenum
hausit: et in tota Libyae fons unus harena
ille fuit de quo primus sibi posceret undam.
cur Libycus tantis exundet pestibus aer
fertilis in mortes, aut quid secreta nocenti 620

599. *ter Capitolia*] cf. note on supr. 178.

600. *frangere*] i.e. than the triumph of Marius.

602. *iurare*] cf. VII 459 *inque deum templis iurabit Roma per umbras.* Hor. Epist. II i 16 *iurandasque tuom per nomen ponimus aras.*

603. *ceruice*] cf. supr. 380.

604. *nunc olim*] 'now or at some future time', cf. Verg. Aen. IV 627 *nunc, olim, quocunque dabunt se tempore uires.* Grotius reads *tunc* apparently with little MS. authority: most MSS. have *nunc.* For the omission of *es* after the participle cf. VI 616.

iam spissior ignis] 'now the heat was more intense', cf. the use of *flamma* X 57. For *spissus* cf. Verg. Aen. II 621 *spissis noctis se condidit umbris.* Sen. Herc. Fur. 712 *quem grauibus umbris spissa caligo adligat.*

605. *quam nullam*] 'beyond which the gods have made none for mortals on the side of the south'. cf. Hor. carm. I xxii 21 *pone sub curru nimium propinqui solis in terra domibus negata.* Verg. G. I 237 *has inter mediamque duae mortalibus aegris munere concessae diuom. ultra* is to be taken with *quam.*

609. *uix*] 'while the space could scarce hold them all'.

611. *fonte relicto*] 'if they abandoned the spring'.

614. *noxia*] 'the poison of serpents is deadly if mingled with the blood'. For the construction cf. Verg. Ecl. X 55 *interea mixtis lustrabo Maenala Nymphis* equivalent to *mixtus Nymphis.*

616. *dubium uenenum*] sc. de quo dubitabatur an uenenum esset. cf. Ov. Met. XIII 754 *signarat dubia teneras lanugine malas.*

618. *primus*] i.e. so as to be the first to drink it.

619. *exundet*] 'breaks out into'. cf. Sil. Ital. III 316 *inde Meduseis terram exundasse chelydris.*

620. *fertilis in*] 'rich in producing'.

nocenti] proleptic: 'so that it is deadly'.

miscuerit natura solo, non cura laborque
noster scire ualet: nisi quod uolgata per orbem
fabula pro uera decepit saecula causa.
finibus extremis Libyes, ubi feruida tellus
accipit oceanum demisso sole calentem, 625
squalebant late Phorcynidos arua Medusae,
non nemorum protecta coma, non mollia sulco,
sed dominae uoltu conspectis aspera saxis.
hoc primum natura nocens in corpore saeuas
eduxit pestes: illis e faucibus angues 630
stridula fuderunt uibratis sibila linguis,
femineae qui more comae per terga soluti
ipsa flagellabant gaudentis colla Medusae.
surgunt aduersa subrectae fronte colubrae,
uipereumque fluit depexo crine uenenum. 635
hoc habet infelix cunctis impune Medusa
quod spectare licet. nam rictus oraque monstri
quis timuit? quem qui recto se lumine uidit
passa Medusa mori est? rapuit dubitantia fata
praeuenitque metus: anima periere retenta 640
membra nec emissae riguere sub ossibus umbrae.
Eumenidum crines solos mouere furores:
Cerberus Orpheo leniuit sibila cantu:
Amphitryoniades uidit cum uinceret Hydram;

622. *nisi quod*] as Weise explains 'all I know is that a false tale spread through the world in place of the real cause has deceived all ages'. cf. Sall. Iug. 67 *parum comperimus; nisi quia uidetur, &c.*

625. *accipit*] 'admits', i.e. is bathed by.

calentem] cf. Iuv. XIV 280 *audiet Herculeo stridentem gurgite solem.*

626. *squalebant*] cf. note on I 205.

628. *saxis*] saxa enim fecerat Medusa, quidquid adspexerat. Schol.

629. *hoc primum*] 'it was in her body first that nature with intent to harm produced these fierce plagues'.

633. *gaudentis*] 'who gloried in them', or 'who felt pleasure in their movement'.

635. *depexo crine*] 'from her trimmed hair'. cf. Ov. A. A. I 630 *depexaeque iubae.*

636. *hoc*] sc. the serpents on her head. So Grotius explains following the Schol.: hoc unum est Medusae quod impune spectatur crinis scilicet, nam uoltum nemo impune adspexerit.

637. *rictus oraque*] 'gaping mouth'.

638. *quis timuit?*] 'who has had time to shudder at?' i.e. because he would be turned to stone at once.

recto se lumine uidit] 'who has looked her full in the face'.

639. *passa*] non patitur eum Medusa mori, quia iam mortuus est. Weise.

640. *praeuenit metus*] 'was too quick for their fear'.

641. *nec emissae*] equivalent to *necdum emissae*, 'before they have left the body'.

642. *solos furores*] 'merely frenzy', i.e. not immediate death by turning into stone.

643. *Orpheo*] cf. Verg. G. IV 467 foll. *Taenarias etiam fauces, &c.*

644. *uidit*] 'saw the Hydra, when he conquered her', i.e. whereas none could look on Medusa and yet live.

hoc monstrum timuit genitor numenque secundum 645
Phorcus aquis Cetoque parens ipsaeque sorores
Gorgones: hoc potuit caelo pelagoque minari
torporem insolitum mundoque abducere terram.
e caelo uolucres subito cum pondere lapsae:
in scopulis haesere ferae: uicina colentes 650
Aethiopum totae riguerunt marmore gentes.
nullum animal uisus patiens, ipsique retrorsum
effusi faciem uitabant Gorgonis angues.
illa sub Hesperiis stantem Titana columnis
in cautes Atlanta dedit: caeloque timente 655
olim Phlegraeo stantis serpente gigantes,
erexit montes, bellumque immane deorum
Pallados in medio confecit pectore Gorgon.
quo postquam partu Danaes et diuite nimbo
ortum Parrhasiae uexerunt Persea pennae 660
Arcados auctoris citharae liquidaeque palaestrae,
et subitus praepes Cyllenida sustulit Harpen,
Harpen alterius monstri iam caede rubentem,
a Ioue dilectae fuso custode iuuencae:

645. *genitor*] 'Phorcus her sire, the deity propitious to the waves'.

646. *ipsaeque sorores*] cf. Verg. Aen. VII 327 of Allecto *odit et ipse pater Pluton, odere sorores Tartareae monstrum.*

648. *mundo*] probably as Oud. and Weise take it 'to remove all earth from the world' by turning the earth as well as the sky and sea into stone. For a similar contrast between *terra* and *saxum* cf. Plin. Epp. V vi § 8 *has inter pingues terrenique colles, neque enim facile usquam saxum, etiam si quaeratur, occurrit.*

651. *riguerunt marmore*] 'stiffened in stone'.

654. *Hesperiis columnis*] sc. Calpe and Abyla, the pillars of Hercules.

655. *in cautes dedit*] 'turned into stone'.

656. *Phlegraeo*] 'the giants at Phlegra supported upon serpents': for the hypallage Weise cf. Hor. Epod. X 12 *Graia uictorum manus.* Lucret. II 500 *purpura Thessalico concharum tincta colore.*

657. *erexit montes*] 'made them stand up as mountains'. cf. Verg. Ecl. VI 62, 63 *tum Phaethontiadas musco circumdat amarae corticis, atque solo proceras erigit alnos.*

658. *in medio*] 'the Gorgon in the centre of Pallas' breast' (i.e. on the aegis held before her), 'put an end to the fearful strife among the gods'.

659. *quo postquam*] 'whither when the Parrhasian wings of the Arcadian inventor of the lyre and the supple wrestling bore Perseus, sprung from Danae and the shower of gold, and he with sudden swoop lifted high Cyllenian Harpe, Harpe already crimsoned with another monster's blood'.

diuite] cf. Hor. carm. III xvi 1—8.

661. *Arcados*] sc. Mercurii. cf. Hor. carm. I x 1—4 *Mercuri facunde nepos Atlantis qui feros cultus hominum recentum uoce formasti catus et decorae more palaestrae.*

liquidae] ὑγρᾶς, or as Forcellini explains it, quia oleo perungebantur.

662. *Harpen*] ἅρπην; the curved sword lent by Mercury to Perseus.

663. *alterius*] sc. Argus.

664. *a Ioue*] This line is omitted by some MSS. and is rejected as unnecessary by Oud. and Weise, but it appears to me that the words *alterius monstri* in the preceding line require some further explanation. For *fuso* cf. VII 652.

auxilium uolucri Pallas tulit innuba fratri, 665
pacta caput monstri: terraeque in fine Libyssae
Persea Phoebeos conuerti iussit ad ortus
Gorgonis auerso sulcantem regna uolatu:
et clipeum laeuae fuluo dedit aere nitentem,
in quo saxificam iussit spectare Medusam. 670
quam sopor aeternam tracturus morte quietem
obruit haud totam: uigilat pars magna comarum
defenduntque caput praetenti crinibus hydri:
pars iacet in medios uoltus oculique tenebras.
ipsa regit trepidum Pallas, dextraque tremente 675
Perseos auersi Cyllenida dirigit Harpen,
lata colubriferi rumpens confinia colli.
quos habuit uoltus hamati uolnere ferri
caesa caput Gorgon: quanto spirasse ueneno
ora rear: quantumque oculos effundere mortis. 680
nec Pallas spectare potest: uoltusque gelassent
Perseos auersi, si non Tritonia densos
sparsisset crines texissetque ora colubris.
aliger in caelum sic rapta Gorgone fugit.
ille quidem pensabat iter propiusque secabat 685
aethera, si medias Europae scinderet urbes;
Pallas frugiferas iussit non laedere terras
et parci populis. quis enim non praepete tanto

665. *uolucri fratri*] 'her flying brother', sc. Perseus, both being children of Jove.

666. *pacta*] 'bargaining for the monster's head.'

667. *ad ortus*] i.e. Perseus was to turn his head to the east and fly westwards.

668. *auerso uolatu*] sc. 'flying backwards'.

670. *Medusam*] sc. her reflexion in the shield.

671. *tracturus*] 'destined to bring on her the eternal rest of death.' i.e. if she once slept, she was doomed to die.

674. *oculi tenebras*] 'her closed eyes'. cf. III 735 *nox subit atque oculos uastae obduxere tenebrae.*

675. *dextra*] sc. of Perseus.

677. *confinia*] 'the broad boundaries of the neck', i.e. where it joins on to the body.

680. *quantum—mortis*] 'what power of deadly freezing!'

681. *nec Pallas*] equivalent to *ne Pallas quidem*, cf. note on VIII 497.

gelassent] sc. *oculi*; or the word may perhaps be here used in a neuter sense, for which Oud. cf. Stat. Theb. IV 717 *gelant uenae et siccis cruor aeger adhaerit uisceribus.*

682. *auersi*] i.e. 'even though he turned away'.

684. *sic*] seruatus arte Palladis. Weise.

685. *pensabat*] 'would have been shortening his journey, and cleaving the sky by a nearer course'. cf. VIII 248, 249 *magnosque sinus Telmessidos undae compensat medio pelago.* Compare also the use of *dispendia* in VIII 2 and see infr. 1002. For the mood of *pensabat* cf. note on X 25.

686. *si scinderet*] 'should he have made his way through the midst of Europe's cities'.

688. *parci*] For the coupling of an

aethera respiceret? Zephyro conuertitur ales,
itque super Libyen, quae nullo consita cultu 690
sideribus Phoeboque uacat: premit orbita solis
exuritque solum: nec terra celsior ulla
nox cadit in caelum lunaeque meatibus obstat,
si flexus oblita uagi per recta cucurrit
signa, nec in Borean aut in Noton effugit umbram. 695
illa tamen sterilis tellus fecundaque nulli
arua bono uirus stillantis tabe Medusae
concipiunt dirosque fero de sanguine rores,
quos calor adiuuit putrique incoxit harenae.
hic quae prima caput mouit de puluere tabes 700
aspida somniferam tumida ceruice leuauit.
plenior huic sanguis et crassi gutta ueneni
decidit: in nulla plus est serpente coactum.
ipsa caloris egens gelidum non transit in orbem
sponte sua Niloque tenus metitur harenas. 705
sed quis erit nobis lucri pudor? inde petuntur

active and passive infin. cf. Verg. Aen. III 61 *linqui pollutum hospitium et dare classibus Austros.*

praepete tanto] 'when such a flier past'. cf. Ov. Met. V 257 *dura Medusaei quem praepetis ungula rupit.*

689. *Zephyro*] probably ablative, to be taken with *ales;* 'he turns his course sped by the west wind'.

691. *uacat*] 'is exposed to the power of the stars and sun'.

692. *nec terra*] 'and in no part of the earth does darkness (i.e. the earth's shadow) fall from a greater height on the sky and check the course of the moon'. i.e. because of the bulging of the earth at the equator its shadow rises higher and so is the cause of eclipses.

694. *si flexus*] 'whenever forgetful of the curved track on which she wanders, she has hastened straight through the zodiac, and does not escape the shadow by bending to the south or north'. Lucan's notion seems to be that the earth bulging at the equator casts its shadow on the sky, which shadow the moon usually avoids by making her path diverge towards the north or south, but that eclipses are caused by her occasionally forgetting to diverge.

696. *fecundaque*] I can find no other certain instance of *fecundus* with dative.

698. *concipiunt*] 'drink in the venom of gore-dripping Medusa'.

699. *incoxit*] 'burnt into the crumbling soil'.

700. *quae prima*] 'the first blood-clot which lifted a head from the dust', i.e. coming to life as a serpent.

This enumeration of serpents is imitated by Dante, cf. Inferno XXIV 82—90 Cary's translation.

I saw a crowd within
Of serpents terrible, so strange of shape
And hideous that remembrance in my veins
Yet shrinks the vital current. Of her sands
Let Libya vaunt no more: if Jaculus,
Pareas and Chelyder be her brood,
Cenchris and Amphisbaena plagues so dire,
Or in such numbers swarming ne'er she show'd
Not with all Ethiopia, and whate'er
Above the Erythraean sea is spawned.

702. *huic*] 'to form this'.

705. *sponte sua*] sc. though it is exported; see below.

Niloque tenus] 'but only as far as the Nile'.

706. *inde*] from Africa: *huc* to Italy.

huc Libycae mortes et fecimus aspida mercem.
at non stare suom miseris passura cruorem
squamiferos ingens haemorrhois explicat orbes:
natus et ambiguae coleret qui Syrtidos arua 710
chersydros, tractique uia fumante chelydri:
et semper recto lapsurus limite cenchris:
pluribus ille notis uariatam pingitur aluom
quam paruis tinctus maculis Thebanus ophites:
concolor exustis atque indiscretus harenis 715
ammodytes: spinaque uagi torquente cerastae:
et scytale sparsis etiam nunc sola pruinis
exuuias positura suas: et torrida dipsas:
et grauis in geminum uergens caput amphisbaena:
et natrix uiolator aquae, iaculique uolucres, 720
et contentus iter cauda sulcare pareas:
oraque distendens auidus spumantia prester:

707. *mercem*] 'an article of trade'.

708. *at non stare*] 'which will not suffer the blood of its hapless victims to stand still'.

710. *ambiguae*] i.e. neither land nor water, cf. supr. 307. The chersydrus (from χέρσος and ὕδωρ) is described as an amphibious serpent by Nicander Ther. 366—371 ὃς δ' ἤτοι τὸ πρὶν μὲν ὑπὸ βροχθώδει λίμνῃ ἄσπειστον βατράχοισι φέρει κότον· ἀλλ' ὅταν ὕδωρ Σείριος αὐήνῃσι, τρύγῃ δ' ἐν πυθμένι λίμνης, καὶ τόθ' ὅ γ' ἐν χέρσῳ τελέθει ψαθαρός τε καὶ ἄχρους, θάλπων ἠελίῳ βλοσυρὸν δέμας, ἐν δὲ κελεύθοις γλώσσῃ ποιφύγδην νέμεται διψήρεας ὄγμους.

711. *fumante*] Sulpitius explains this by *pulueruleuta*, Oud. by *graueolente*. cf. Verg. G. III 415 *galbaneoque agitare graues nidore chelydros*. Weise explains it of the track they leave in the water when swimming. *chelydri* are water-snakes, so called from the hardness of their skins (χέλυς ὕδωρ).

712. *semper recto*] i.e. which always moves straight to its victim, cf. Nic. Ther. 481 ἰθεῖαν δ' ὤκιστος ἐπιδρομάδην στίβον ἕρπει. The name *cenchris* is derived from κέγχρος millet, referring to the small spots mentioned in the next line.

714. *ophites*] A kind of marble found in Egypt, for which Oud. refers to Plin. H. N. XXXVI §§ 55, 158.

715. *indiscretus*] 'not to be distinguished from', cf. Verg. Aen. X 391, 392 *simillima proles indiscreta suis gratusque parentibus error*.

716. *torquente*] Weise takes this as neuter, 'cum spina huc illuc torqueatur', but I can find no instance of such a case: perhaps it means 'torturing'.

717. *scytale*] A serpent so called from its resemblance to a club (σκυτάλη) being of uniform thickness, cf. Nic. Ther. 384.

etiam nunc] to be taken with *sparsis pruinis*, i.e. in the early spring instead of in the summer, as is the case with other serpents. cf. Verg. G. III 135 foll. *et cum tristis hiemps etiam num frigore saxa rumperet*.

719. *et grauis*] 'deadly amphisbaena tapering to two heads', i.e. it was supposed to have a head at each end of its body and so to be able to move equally in both directions (ἀμφὶς βαίνειν), cf. Plin. H. N. VIII § 85.

720. *uiolator aquae*] hic et aquam quam tetigerit inficit de uenenis. Schol.

721. *pareas*] A serpent sacred to Asclepius, cf. Aristoph. Plut. 690, said by Isidorus, as quoted by Forcellini, to walk upright on its tail: the name is said to be derived from its swollen cheeks (παρειαί).

722. *prester*] i.e. the sweller (πρήθων).

ossaque dissoluens cum corpore tabificus seps:
sibilaque effundens cunctas terrentia pestes
ante uenena nocens late sibi submouet omne 725
uolgus et in uacua regnat basiliscus harena.
uos quoque, qui cunctis innoxia numina terris
serpitis, aurato nitidi fulgore dracones,
pestiferos ardens facit Africa; ducitis altum
aera cum pennis, armentaque tota secuti 730
rumpitis ingentes amplexi uerbere tauros.
nec tutus spatio est elephas: datis omnia leto:
nec uobis opus est ad noxia fata ueneno.
has inter pestes duro Cato milite siccum
emetitur iter, tot tristia fata suorum 735
insolitasque uidens paruo cum uolnere mortes.
signiferum iuuenem Tyrrheni sanguinis Aulum
torta caput retro dipsas calcata momordit.
uix dolor aut sensus dentis fuit: ipsaque leti
frons caret inuidia, nec quicquam plaga minatur. 740
ecce subit uirus tacitum carpitque medullas
ignis edax calidaque incendit uiscera tabe.
ebibit umorem circum uitalia fusum
pestis et in sicco linguam torrere palato
coepit; defessos iret qui sudor in artus 745

723. *seps*] from σήπειν, cf. Aesch. Cho. 994, 995 τί σοι δοκεῖ; μύραινά γ' εἰτ' ἔχιδν' ἔφυ, σήπειν θιγοῦσ' ἂν ἄλλον οὐ δεδηγμένον.

724. *pestes*] sc. serpentes.

725. *ante uenena*] i.e. by its mere breath without biting.

726. *basiliscus*] βασιλίσκος, a serpent supposed to wear a crown on its head, and have authority over others. cf. Plin. H. N. VIII § 78, XXIX § 66.

727. *uos quoque*] According to Weise harmless serpents were worshipped and called ἀγαθοὶ δαίμονες. Compare Plin. H. N. XXIX § 67 *draco non habet uenena. caput eius limini ianuarum subditum propitiatis adoratione dis fortunatam domum facere promittitur.*

729. *pestiferos*] 'deadly', not 'venomous' as below it is said that they kill by stricture not by venom, infr. 733.

Africa] in this passage means the continent, equivalent to *Libye*, not as it usually does the Roman province of Africa. cf. IV 793, infr. 854, 874.

ducitis altum aera] uolatis per altum aera. Weise.

730. *cum*] Weise takes this as a prep. cf. supr. 736: Oud. following Ascenscius as an adverb, 'when ye fly, &c.'

731. *uerbere*] 'by the blows of your tail'.

732. *spatio*] 'size'. cf. Iuv. IV 39 *spatium admirabile rhombi.*

elephas] For an account of these *dracones* and their encounters with elephants and oxen, see Plin. H. N. VIII §§ 32—37.

740. *frons*] equivalent to *aspectus*, 'the external appearance of the deadly wound is harmless'. Oud. cf. Sen. Phaedr. 286, 287 *non habet latam data plaga frontem, sed uorat tectas penitus medullas.*

743. *ebibit*] 'the venom drains the moisture that spreads around the vitals'.

non fuit, atque oculos lacrimarum uena refugit.
non decus imperii non maesti iura Catonis
ardentem tenuere uirum, quin spargere signa
auderet totisque furens exquireret agris
quas poscebat aquas sitiens in corde uenenum. 750
ille uel in Tanain missus Rhodanumque Padumque
arderet Nilumque bibens per rura uagantem.
accessit morti Libye, fatisque minorem
famam dipsas habet terris adiuta perustis.
scrutatur uenas penitus squalentis harenae: 755
nunc redit ad Syrtes et fluctus accipit ore,
aequoreusque placet sed non sibi sufficit umor.
nec sentit fatique genus mortemque ueneni,
sed putat esse sitim, ferroque aperire tumentis
sustinuit uenas atque os implere cruore. 760
iussit signa rapi propere Cato: discere nulli
permissum est hoc posse sitim. sed tristior illa
mors erat ante oculos: miserique in crure Sabelli
seps stetit exiguus, quem flexo dente tenacem
auolsitque manu piloque adfixit harenis. 765
parua modo serpens, sed qua non ulla cruentae
tantum mortis habet. nam plagae proxima circum
fugit rapta cutis pallentiaque ossa retexit.

746. *uena*] 'the spring of tears failed his eyes'.

747. *decus imperii*] i. e. the eagle.

iura Catonis] is not equivalent to *iussa Catonis* but to *imperium Catonis*, i.e. Cato's authority as general.

748. *spargere*] 'throw away'. cf. VIII 100.

752. *per rura uagantem*] i.e. even when in full flood.

753. *accessit morti*] 'increased its deadliness'.

fatis] So Weise reads with some MSS. instead of the vulgate *fati*. Translate 'a name that imports less than the death it causes', i.e. its name would only imply that it causes thirst, whereas it really causes death.

755. *squalentis*] cf. I 205, supr. 626.

757. *sed non sibi*] Ond. with many MSS. and the earlier editions reads *et* instead of *sibi*. Weise thinks that this reading has arisen from a gloss of *ei* on *sibi*. I have retained *sibi* as the more difficult reading, and because it is hard to see how it could have arisen from *et*. If *sibi* be genuine it probably refers to *aequoreus umor* 'the salt water gives pleasure but does not quench itself', i.e. the thirst which it creates; and therefore still less the thirst caused by the serpent's bite.

758. *mortem ueneni*] 'death by poison'; the genitive is explanatory. cf. Cic. pro Sulla § 25 *uerbi inuidiam contumeliamque maledicti* and Dr Reid's note ad loc.

762. *hoc*] i.e. to make a man throw away the standard.

764. *stetit*] 'fixed itself'.

flexo dente] 'hooked fang'.

766. *modo*] 'in size'. *qua non ulla* is apparently put for *qua non alia* as Ond. explains; cf. Hor. Epp. II i 240 *alius Lysippo:* or else Lucan was going to write *plus mortis* and then changed it to *tantum*.

iamque sinu laxo nudum est sine corpore uolnus;
membra natant sanie: surae fluxere: sine ullo 770
tegmine poples erat: femorum quoque musculus omnis
liquitur et nigra distillant inguina tabe.
dissiluit stringens uterum membrana fluuntque
uiscera: nec quantum toto de corpore debet
effluit in terras: saeuom sed membra uenenum 775
decoquit; in minimum mox contrahit omnia uirus
uincula neruorum, et laterum contexta cauomque
pectus et abstrusum fibris uitalibus, omne
quidquid homo est, aperit pestis. natura profana
morte patet: manant umeri fortesque lacerti: 780
colla caputque fluunt. calido non ocius Austro
nix resoluta cadit nec solem cera sequetur.
parua loquor, corpus sanie stillasse perustum;
hoc et flamma potest: sed quis rogus abstulit ossa?
haec quoque discedunt putresque secuta medullas 785
nulla manere sinunt rapidi uestigia fati.
Cinyphias inter pestes tibi palma nocendi est:
eripiunt omnes animam, tu sola cadauer.
ecce subit facies leto diuersa fluenti.
Nasidium Marsi cultorem torridus agri 790
percussit prester. illi rubor igneus ora
succendit, tenditque cutem pereunte figura

769. *sinu laxo*] 'as the opening widens', cf. Sen. Oed. 595 *subito dehiscit terra et immenso sinu laxata patuit.* For the exaggeration in the latter part of the line cf. infr. 814 *totum est pro uolnere corpus*, also Stat. Theb. v 598 quoted by Oud. *totumque in uolnere corpus.*

773. *stringens uterum*] 'which holds the stomach together'.

774. *quantum toto*] 'nor only as much as might be expected from the whole body'.

776. *decoquit*] i. e. melts down. Translate 'soon the poison reduces to a very little fetid juice all that binds together the muscles, and lays bare the framework of the sides and the hollow of the chest, and all that hidden by the vitals composes a man'. *contexta* means the ribs of *compages humana*, cf. v 119.

779. *profana*] 'profanam mortem dicit quod naturae secreta patefecerit'. Schol.

782. *sequetur*] 'will be found obedient to the sun'. Compare the use of *erit* in I 31, VIII 379. For *sequi* cf. Stat. Achill. I 332, 333 *qualiter artificis uicturae pollice cerae accipiunt formas ignemque manumque sequuntur.* Iuv. X 58 *descendunt statuae restemque sequuntur.*

783. *corpus*] i.e. carnem, the flesh. cf. supr. 769.

785. *discedunt*] 'disappear'. cf. notes on II 121, III 655.

787. *Cinyphias*] African, cf. Verg. G. III 312.

palma] cf. Justin XII cap. vi *Clitus fiducia amicitiae regiae cuius palmam tenebat.*

789. *diuersa*] *contraria.* cf. Liv. XXXIV 4 *diuersa duo uitia, auaritia et luxuria.*

miscens cuncta tumor toto iam corpore maior:
humanumque egressa modum super omnia membra
efflatur sanies: late pollente ueneno 795
ipse latet penitus congesto corpore mersus:
nec lorica tenet distenti corporis auctum.
spumeus accenso non sic exundat aeno
undarum cumulus: nec tantos carbasa Cauro
curuauere sinus. tumidos iam non capit artus 800
informis globus et confuso pondere truncus.
intactum uolucrum rostris epulasque daturum
haud impune feris non ausi tradere busto
nondum stante modo crescens fugere cadauer.
sed maiora parant Libycae spectacula pestes. 805
impressit dentes haemorrhois aspera Tullo,
magnanimo iuueni miratorique Catonis.
utque solet pariter totis se effundere signis
Corycii pressura croci, sic omnia membra
emisere simul rutilum pro sanguine uirus. 810
sanguis erant lacrimae: quaecumque foramina nouit
umor, ab his largus manat cruor: ora redundant
et patulae nares: sudor rubet: omnia plenis
membra fluunt uenis: totum est pro uolnere corpus.

793. *toto*] 'already exceeding the measure of his body'.

795. *efflatur*] 'is puffed out'.

796. *ipse latet*] 'he himself disappears completely swallowed up in his swollen body'.

798. *aeno*] For the simile cf. Verg. Aen. VII 462—466 *magno ueluti cum flamma sonore uirgea suggeritur costis undantis aeni, exsultantque aestu latices; furit intus aquai fumidus atque alte spumis exuberat amnis; nec iam se capit unda; uolat uapor ater ad auras.*

799. *nec tantos*] 'nor do sails form such big bellying curves before the northwind's blast'.

800. *iam non capit*] 'no longer can contain'.

802. *uolucrum rostris*] 'leaving it untouched and destined to give a feast to the beaks of birds and to wild beasts to their destruction, his comrades fled from the swelling corpse, whose size did not yet reach a fixed limit (i.e. which continued to swell after death) and dared not consign it to the tomb'. For *modo* cf. supr. 766.

807. *miratori*] 'imitator', Oud. cf. Verg. Aen. VIII 516—7 *tua cernere facta adsuescat primis et te miretur ab annis.*

808. *signis*] 'statues' which may have been used as the fountains from which jets of saffron were discharged in the theatre, but there appears to be no authority for this use of them. For the use of saffron cf. Propert. IV i 14 *pulpita sollemnes non oluere crocos.* Weise cf. also Mart. V XIV 7, 8 *hoc rogo non melius quam rubro pulpita nimbo spargere et effuso permadnisse croco?* Id. de spect. III 8 *et Cilices nimbis hic maduere suis.*

809. *pressura croci*] i.e. crocus expressus. cf. Verg. G. II 466 *nec casia puri corrumpitur usus oliui.*

810. *uirus*] cf. I 615.

811. *sanguis erant*] This is the passage which Lucan is said to have repeated while bleeding to death.

813. *patulae*] a stock epithet.

814. *totum*] 'his whole body is nothing but one wound'. cf. supr. 769.

at tibi, Leue miser, fixus praecordia pressit 815
Niliaca serpente cruor: nulloque dolore
testatus morsus subita caligine mortem
accipis et Stygias somno descendis ad umbras.
non tam ueloci corrumpunt pocula leto,
stipite quae diro [uirgas mentita Sabaeas 820
toxica fatilegi] carpunt matura Sabaei.
ecce procul saeuus sterilis se robore trunci
torsit et immisit, iaculum uocat Africa, serpens:
perque caput Paulli transactaque tempora fugit.
nil ibi uirus agit: rapuit cum uolnere fatum. 825
deprensum est, quae funda rotat quam lenta uolarent,
quam segnis Scythicae strideret harundinis aer.
quid prodest miseri basiliscus cuspide Mursi
transactus? uelox currit per tela uenenum
inuaditque manum: quam protinus ille retecto 830
ense ferit totoque simul demittit ab armo:
exemplarque sui spectans miserabile leti
stat tutus pereunte manu. quis fata putaret
scorpion aut uires maturae mortis habere?

815. *fixus*] equivalent to *congelatus*. Weise.

819. *pocula*] equivalent to *uenena*. cf. the use of *pyxis* for a box of poison Iuv. XIII 25.

820. *Sabaeas*] This is the MS. reading which Scaliger changed into *Sabinas* on account of the *Sabaei* in the next line. Grotius explains *Sabinas* as referring to the *uirgae* of the Roman lictors, supposed to be derived from the Sabines: but as Weise remarks *matura* points to poisonous fruits which could hardly be compared to rods, and the word *toxica* seems to be redundant; accordingly he would strike out all the words from *uirgas* to *fatilegi* inclusive. It appears however from Verg. culex 404 *herbaque turis opes priscis imitata Sabinis* that the Sabines cultivated some plant to take the place of the genuine Sabaean *tus*. Compare with this passage Verg. G. I 57 *India mittit ebur, molles sua tura Sabaei*, Id. G. II 117 *solis est turea uirga Sabaeis*. A consideration of these passages leads me to suspect that the true reading is *stipite quae diro uirgas mentita Sabaeas toxica fatilegi carpunt matura Sabini*. For Sabine witchcraft see Hor. Epod. XVII 27—29 *ergo negatum uincor ut credam miser Sabella pectus increpare carmina caputque Marsa dissilire nenia*.

823. *iaculum*] cf. Plin. H. N. VIII § 85 *iaculum ex arborum ramis uibrari, nec pedibus tantum pauendas serpentes sed et missili uolare tormento*. Aelian VI 18 ἤδη δὲ καὶ ἀκοντίων δίκην ἑαυτόν τις μεθίησι καὶ ἐπιφέρεται, καὶ τό γε ὄνομα ἐξ οὗ δρᾷ ἔχει· κέκληται γὰρ ἀκοντίας.

825. *rapuit*] 'death carried him off at the moment of the wound'.

826. *quam lenta*] 'how slow (i.e. in comparison) is the flight of stones hurled by the sling'.

827. *harundinis aer*] 'the whizz of the arrow through the air'.

829. *transactus*] For a similar use of the participle Oud. cf. Ov. Heroid. I 47 *sed mihi quid prodest uestris disiecta lacertis Ilios?*

831. *simul*] 'at a blow'.

832. *exemplar*] ut in manu sua agnosceret quem ad modum fuisset periturus nisi eandem decidisse properasset. Schol.

834. *uires maturae mortis*] 'the power to inflict a speedy death'.

ille minax nodis et recto uerbere saeuus 835
teste tulit caelo uicti decus Orionis.
quis calcare tuas metuat, solpuga, latebras?
et tibi dant Stygiae ius in sua fila sorores.
sic nec clara dies nec nox dabat atra quietem:
suspecta est miseris in qua tellure iacebant. 840
nam neque congestae struxere cubilia frondes
nec culmis creuere tori: sed corpora fatis
expositi uoluuntur humo, calidoque uapore
adliciunt gelidas nocturno frigore pestes:
innocuosque diu rictus torpente ueneno 845
inter membra fouent. nec quae mensura uiarum
quisue modus norant caelo duce: saepe querentes,
reddite, di, clamant, miseris quae fugimus arma:
reddite Thessaliam. patimur cur segnia fata
in gladios iurata manus? pro Caesare pugnant 850
dipsades et peragunt ciuilia bella cerastae.
ire libet qua zona rubens atque axis inustus
solis equis: iuuat aetheriis adscribere causis
quod peream, caeloque mori. nil, Africa, de te,
nec de te, natura, queror: tot monstra ferentem 855
gentibus ablatum dederas serpentibus orbem:
impatiensque solum Cereris cultore negato
damnasti, atque homines uoluisti deesse uenenis.
in loca serpentum nos uenimus: accipe poenas

835. *recto uerbere*] 'with tail erect to strike'.

836. *teste*] 'won the glory of subduing Orion as heaven witnesses', i.e. the Scorpion was made into a constellation as a reward for killing Orion for his assault on Diana.

837. *solpuga*] said to be a kind of venomous ant, cf. Plin. H. N. XXIX § 92.

838. *ius in sua fila*] 'power over their threads', i.e. to cause death, by severing them.

840. *suspecta est*] 'the very earth on which they lay seemed suspicious to the hapless men'.

842. *creuere*] 'nor were their beds raised by piles of straw'. cf. III 534, Stat. Theb. XII 110 *molles planctu creuere lacerti*.

843. *uapore*] sc. the warmth of their bodies.

845. *innocuosque*] 'the serpents' gaping mouths long harmless as their venom was frozen'.

846. *quae mensura*] 'how long their march had been, or what was to be its limit'.

847. *caelo duce*] 'guided by the sky alone'. Weise cf. 493 supr.

848. *arma*] some MSS. read *arua*.

850. *in gladios*] 'we who were sworn to meet the sword', i.e. instead of this miserable death from serpents.

853. *aetheriis causis*] i.e. rather than to these serpents.

854. *Africa*] cf. note on 729 supr.

857. *cultore negato*] 'to which culture is refused'. cf. I 29 *poscentibus aruis*.

859. *nos uenimus*] 'and yet we, though men, have come into the serpents' realm'.

tu, quisquis superum, commercia nostra perosus, 860
hinc torrente plaga dubiis hinc Syrtibus orbem
abrumpens medio posuisti limite mortes.
per secreta tui bellum ciuile recessus
uadit; et arcani miles tibi conscius orbis
claustra petit mundi. forsan maiora supersunt 865
ingressis. coeunt ignes stridentibus undis
et premitur natura poli. sed longius ista
nulla iacet tellus, quam fama cognita nobis
tristia regna Iubae. quaeremus forsitan istas
serpentum terras? habet et solacia caelum: 870
uiuit adhuc aliquid. patriae non arua requiro,
Europamque alios soles Asiamque uidentem:
qua te parte poli qua te tellure reliqui
Africa? Cyrenis etiam nunc bruma rigebat:
exiguane uia legem conuertimus anni? 875
imus in aduersos axes: euoluimur orbe:
terga damus ferienda Noto. nunc forsitan ipsa est
sub pedibus iam Roma meis. solacia fati
haec petimus: ueniant hostes, Caesarque sequatur
qua fugimus. sic dura suos patientia questus 880

860. *commercia nostra perosus*] 'hating all intercourse with mankind'.

862. *abrumpens*] cf. Hor. carm. I. iii 21—23 *nequidquam deus abscidit prudens oceano dissociabili terras.*

medio limite] 'in the interval between'. cf. Ov. remed. amor. 325, 326 *quam potes in peius dotes deflecte puellae iudiciumque breui limite falle tuom.*

864. *tibi conscius*] 'sharing thy knowledge of this secret clime'.

865. *claustra*] 'the limits'.

866. *ignes*] cf. Iuv. XIV 279, 280 *sed longe Calpe relicta audiet Herculeo stridentem gurgite solem.*

867. *premitur*] cf. Verg. G. I 240, 241 *mundus ut ad Scythiam Rhipaeasque arduus arces consurgit, premitur Libyae deuexus ad Austros*, and Conington's note.

869. *quaeremus*] 'we shall regret'.

istas] equivalent to *has*, cf. note on III 126.

870. *habet et solacia*] 'this clime has even something to console us: as yet something can live', i.e. perhaps where we are going not even serpents can live. cf. Coleridge Ancient Mariner part IV. 'Beyond the shadow of the ship I watched the water-snakes...O happy living things! no tongue Their beauty might declare; A spring of love gushed from my heart, And I blessed them unaware'.

872. *Europamque*] 'and Europe and Asia which see another sun than this'.

874. *Africa?*] i.e. we have not only left Europe and Asia behind us but even Africa too. For *Africa* cf. note on 729 supr.

875. *legem anni*] 'the order of the seasons'.

876. *imus*] pergimus ad polum antarcticum et ad Antipodas. Weise.

877. *Noto*] i.e. Notus being regarded as blowing from the equator, when we cross that, though we are still marching southwards, it will blow at our back. Compare the theory about the Hyperboreans in Herod. IV 36 *εἰ δὲ εἰσί τινες ὑπερβόρεοι ἄνθρωποι εἰσὶ καὶ ὑπερνότιοι ἄλλοι.*

879. *sequatur*] i.e. follow us and so endure the same sufferings.

exonerat: cogit tantos tolerare labores
summa ducis uirtus, qui nuda fusus harena
excubat atque omni Fortunam prouocat hora.
omnibus unus adest fatis: quocumque uocatur
aduolat, atque ingens meritum maiusque salute 885
contulit, in letum uires: puduitque gementem
illo teste mori. quod ius habuisset in ipsum
ulla lues? casus alieno pectore uincit,
spectatorque docet magnos nil posse dolores.
uix miseris serum tanto lassata periclo 890
auxilium Fortuna dedit. gens unica terras
incolit a saeuo serpentum innoxia morsu
Marmaridae Psylli: par lingua potentibus herbis:
ipse cruor tutus nullumque admittere uirus
uel cantu cessante potest. natura locorum 895
iussit ut immunes mixti serpentibus essent.
profuit in mediis sedem posuisse uenenis.
pax illis cum morte data est. fiducia tanta est
sanguinis: in terram paruus cum decidit infans,
ne qua sit externae ueneris mixtura timentes, 900

881. *exonerat*] 'disburdens itself of its complaints', cf. Tac. Ann. III 54 *hunc ego et laudo et exonerari laborum meorum partem fateor*, and Nipperdey's note.

883. *prouocat*] cf. Sen. dial. I ii § 9 *ecce par deo dignum, uir fortis cum fortuna mala compositus, utique si et prouocauit.*

884. *adest*] 'he faces'.

886. *in letum uires*] 'strength to meet death'.

puduitque] 'and a man was ashamed to groan when dying in his presence'. For the idiom cf. note on I 457.

887. *quod ius*] 'what power could any destruction have had over him?'

888. *casus*] 'he conquers fortune in another's breast'.

889. *docet*] 'and as he looks on proves to them that great pain has no power'. cf. supr. 569 *an noceat uis ulla bono?*

890. *tanto lassata periclo*] lassatam dicit Fortunam inferendo discrimina. Schol.

892. *a saeuo—innoxia*] 'unharmed by the deadly bite of serpents'. cf. Columell. II cap. x *faba sic condita a curculionibus erit innoxia.*

893. *Psylli*] Oud. cf. Herod. IV 173, Plin. H. N. VII § 14, XXI § 78.

par lingua] 'their tongue is as effectual as powerful drugs'. *lingua* is used for incantations, cf. infr. 895, not for sucking venom out of the wound as Weise understands.

894. *cruor*] apparently equivalent to *sanguis* 'the blood in their bodies': but perhaps *cruor* is used because the shedding of blood is implied, although it is not the blood which flows from the wound but that which remains in their bodies which might be expected to suffer from the venom.

896. *iussit ut*] For the use of *iubere* with *ut* cf. Hor. Sat. I iv 121, 122, Liv. XXXII 16.

898. *pax illis cum morte data est*] 'they have peace with death granted to them', i.e. by Nature: not implying that they do not die at all, but that they have as it were a treaty with death that they should not die by serpents' poison. It is possible however that *data* is ablative, 'they have peace with given death', i.e. non-natural death, that which is brought about by some external agency and not by destiny. cf. Tac. Ann. VI 16 (10) *per*

letifera dubios explorant aspide partus.
utque Iouis uolucer calido cum protulit ouo
implumes natos solis conuertit in ortus:
qui potuere pati radios et lumine recto
sustinuere diem caeli seruantur in usus, 905
qui Phoebo cessere iacent: sic pignora gentis
Psyllus habet, si quis tactos non horruit angues,
si quis donatis lusit serpentibus infans.
nec solum gens illa sua contenta salute
excubat hospitibus contraque nocentia monstra 910
Psyllus adest populis. qui tum Romana secutus
signa, simul iussit statui tentoria ductor,
primum quas ualli spatium comprendit harenas
expurgat cantu uerbisque fugantibus angues,
ultima castrorum medicatus circuit ignis. 915
hic ebulum stridet peregrinaque galbana sudant
et tamarix non laeta comis Eoaque costus
et panacea potens et Thessala centaurea:
peucedanumque sonat flammis Erycinaque thapsos,
et larices fumoque grauem serpentibus urunt 920
abrotanum, et longe nascentis cornua cerui.

idem tempus L. Piso pontifex, rarum in tanta claritudine, fato obiit.

901. *explorant*] Oud. cf. Sil. Ital. I 413 *ac dubiam admoto subolem explorare Ceraste.*

902. *utque Iouis uolucer*] cf. Lucian Icarom. § 14 παρὰ πολὺ τῶν ἄλλων ζώων ἀετὸς ἐστιν ὀξυωπέστατος, ὥστε μόνος ἀντίον δέδορκε τῷ ἡλίῳ, καὶ τοῦτό ἐστιν ὁ βασιλεὺς καὶ γνήσιος ἀετός, ἢν ἀσκαρδαμυκτὶ πρὸς τὰς ἀκτῖνας βλέπῃ. Id. The Fisher § 46.

905. *diem caeli*] The Scholiast takes *caeli* with *usus* explaining it by *ad uolatum.* Oud. explains *caeli in usus* as *in usum Iouis,* comparing the passage in Claudian de tert. cons. Honor. praefat. 14, 15 imitated from this, *nutritur uolucrumque potens et fulminis heres gesturus summo tela trisulca Ioui:* this seems to be better than with Weise to combine *caeli* with *diem,* i.e. 'the brightness of the sky'.

906. *iacent*] 'are left to perish on the ground'.

pignora gentis] 'guarantees of the purity of their blood'. cf. Aetna 459 *certaque uenturae praemittit pignora flammae.*

908. *serpentibus*] abl. with *lusit.* cf. Hor. carm. III xxiv 55, 56 *ludere doctior seu Graeco iubeas trocho.*

910. *excubat*] 'is on the watch to help'. cf. Plin. H. N. XXXV § 118 *omnis eorum ars uxbibus excubabat.*

911. *populis*] sc. externis.

916. *ebulum*] For this Micyllus cf. Plin. H. N. XXV § 119 *ebuli quoque, quam nemo ignorat, fumo fugantur serpentes.*

galbana] cf. Verg. G. III 415 *galbaneoque agitare graues nidore chelydros.*

sudant] 'distil their juice'.

917. *non laeta comis*] 'with its scanty foliage'.

918. *centaurea*] cf. Verg. G. IV 270.

920. *larices*] Micyllus cf. Plin. H. N. XVI § 43 foll.

921. *longe nascentis*] All commentators take this as 'living far away', quoting Plin. H. N. VIII § 120 *ceruos Africa prope modum sola non gignit;* but although no deer are found south of the Sahara, the Fallow deer is a native of northern Africa; cf. Wallace's Geographical Distribution of Animals vol. II p. 219. Compare note on the distribution of bears, VI 221.

iam lassa radice tenent, ac tota teguntur
Pergama dumetis: etiam periere ruinae.
adspicit Hesiones scopulos, siluasque latentis 970
Anchisae thalamos; quo iudex sederit antro:
unde puer raptus caelo: quo uertice Nais
luserit Oenone: nullum est sine nomine saxum.
inscius in sicco serpentem puluere riuom
transierat qui Xanthus erat: securus in alto 975
gramine ponebat gressus; Phryx incola manes
Hectoreos calcare uetat. discussa iacebant
saxa nec ullius faciem seruantia sacri;
Herceas, monstrator ait, non respicis aras?
o sacer et magnus uatum labor, omnia fato 980
eripis et populis donas mortalibus aeuom.
inuidia sacrae, Caesar, ne tangere famae:
nam si quid Latiis fas est promittere Musis,
quantum Zmyrnaei durabunt uatis honores,
uenturi me teque legent: Pharsalia nostra 985
uiuet et a nullo tenebris damnabimur aeuo.
ut ducis impleuit uisus ueneranda uetustas,
erexit subitas congestu caespitis aras,
uotaque turicremos non irrita fudit in ignes:

968. *lassa*] 'worn out with age'. cf. I 324. Oud. cf. Sen. Oed. 546 foll. *curuosque tendit quercus et putres situ annosa ramos: huius abrupit latus edax uetustas; illa, iam fessa cadens radice, fulta pendet aliena trabe.*

970. *scopulos*] sc. where Hesione was exposed to the sea-monster.

971. *quo—antro*] 'the cave wherein sat the arbiter', sc. Paris. For the idiom cf. note on IV 201, 202.

972. *puer*] sc. Ganymede.

caelo] equivalent to *in caelum*, cf. Verg. Aen. V 451 *it clamor caelo.*

974. *inscius*] cf. Hor. Epod. XIII 13—14 *te manet Assaraci tellus quam frigida parui findunt Scamandri flumina.* Oud. cf. also Pomp. Mela I 18 *Scamander et Simois fama quam natura maiora flumina.*

979. *Herceas—aras*] βωμὸν Ἑρκείου Διός. Oud. cf. Sen. Agam. 469 *sparsum cruore regis Herceum Iouem.*

monstrator] 'the guide', 'cicerone'. I can find no other instance of the use of *monstrator* without a genitive.

981. *aeuom*] 'eternity'. cf. Lucret. I 634 *innumerabilibus plagis uexata per aeuom.*

982. *inuidia*] i. e. do not, Caesar, feel jealousy of the fame of Homer's heroes.

983. *si quid Latiis*] 'for if it be lawful for the Latian Muse to promise aught'.

984. *Zmyrnaei uatis*] sc. Homer. cf. the epigram *Zmyrna, Rhodos, Colophon, Salamis, Chios, Argos, Athenae, orbis de patria certat Homere tua.*

985. *me teque legent*] cf. Verg. Aen. IX 446, 447 *fortunati ambo, si quid mea carmina possunt, nulla dies umquam memori uos eximet aeuo.*

988. *subitas*] i.e. *subitarias*, hastily built. cf. I 517, VI 53.

989. *uota*] i.e. the offerings promised. cf. Verg. Aen. II 15 *uotum pro reditu simulant.* Id. Aen. III 279 *lustramurque Ioui uotisque accendimus aras.*

di cinerum, Phrygias colitis quicumque ruinas, 990
Aeneaeque mei, quos nunc Lauinia sedes
seruat et Alba, lares, et quorum lucet in aris
ignis adhuc Phrygius, nullique adspecta uirorum
Pallas in abstruso pignus memorabile templo,
gentis Iuleae uestris clarissimus aris 995
dat pia tura nepos et uos in sede priori
rite uocat: date felices in cetera cursus.
restituam populos: grata uice moenia reddent
Ausonidae Phrygibus Romanaque Pergama surgent.
sic fatus, repetit classes et tota secundis 1000
uela dedit Cauris, auidusque urgente procella
Iliacas pensare moras Asiamque potentem
praeuehitur pelagoque Rhodon spumante reliquit.
septima nox Zephyro numquam laxante rudentes
ostendit Phariis Aegyptia litora flammis. 1005
sed prius orta dies nocturnam lampada texit
quam tutas intraret aquas. ibi plena tumultu
litora et incerto turbatas murmure uoces
accipit: ac dubiis ueritus se credere regnis
abstinuit tellure rates. sed dira satelles 1010
regis dona ferens medium prouectus in aequor
colla gerit Magni Phario uelamine tecta,
ac prius infanda commendat crimina uoce:
terrarum domitor, Romanae maxime gentis,
et quod adhuc nescis genero secure perempto; 1015

991. *Aeneaeque mei—lares*] 'household gods of my ancestor Aeneas'. cf. I 196 foll.

992. *Alba*] cf. Iuv. IV 60, 61 *utque lacus suberant ubi quamquam diruta seruat ignem Troianum et Vestam colit Alba minorem* and Prof. Mayor's note ad loc.

994. *Pallas*] sc. the Palladium, preserved in the temple of Vesta.

in abstruso templo] i.e. *in intimo templo* 'in the secret recesses of the temple'.

998. *reddent*] Compare the project attributed to Julius Caesar, Suet. Iul. § 79 *quin etiam uaria fama percrebruit migraturum Alexandream uel Ilium translatis simul opibus imperii*, &c.

1002. *Iliacas pensare moras*] 'to make up for his delay at Ilium'. cf. supr. 685, note.

potentem] i.e. *opibus* 'wealthy'. cf. Cic. de inuent. § 169 *quibus rebus non illud solum conficitur, ut saluae et incolumes, uerum etiam ut amplae atque potentes sint ciuitates.*

1005. *Phariis*] here used properly of the lighthouse on the isle of Pharos.

1007. *tutas*] 'safe from storms'. cf. Verg. G. IV 421 *deprensis olim statio tutissima nautis.*

1009. *dubiis*] 'of doubtful faith'.

1010. *abstinuit*] For the construction cf. Livy I 1 *duobus Aenea Antenoreque omne ius belli Achiuos abstinuisse.*

1012. *Phario*] sc. of linen, for which Egypt was famous.

1013. *commendat*] 'sets off'.

rex tibi Pellaeus terrae pelagique labores
donat, et Emathiis quod solum defuit armis
exhibet: absenti bellum ciuile peractum est.
Thessalicas Magnus quaerens reparare ruinas
ense iacet nostro: tanto te pignore, Caesar, 1020
emimus: hoc tecum percussum est sanguine foedus.
accipe regna Phari nullo quaesita cruore:
accipe Niliaci ius gurgitis: accipe quidquid
pro Magni ceruice dares; dignumque clientem
castris crede tuis cui tantum fata licere 1025
in generum uoluere tuom. nec uile putaris
hoc meritum nobis facili quod caede peractum est,
hospes auitus erat: depulso sceptra parenti
reddiderat. quid plura feram? tu nomina tanto
inuenies operi, uel famam consule mundi. 1030
si scelus est, plus te nobis debere fateris,
quod scelus hoc non ipse facis. sic fatus opertum
detexit tenuitque caput. iam languida morte
effigies habitum noti mutauerat oris.
non primo Caesar damnauit munera uisu 1035
auertitque oculos: uoltus dum crederet haesit:
utque fidem uidit sceleris tutumque putauit
iam bonus esse socer, lacrimas non sponte cadentis
effudit gemitusque expressit pectore laeto,

1016. *Pellaeus*] sc. Macedonian, i.e. of Ptolemy's line.

1017. *donat*] 'saves thee all thy toil by land and sea'. cf. VI 58. Sil. Ital. I 487 *niualem Pyrenen Alpesque tibi mea dextera donat.*

1018. *exhibet*] 'presents thee with'.

absenti—peractum est] cf. I 45 *quod tibi res acta est.*

1021. *hoc*] to be taken with *sanguine*, 'by this victim's blood our treaty with thee is ratified'.

1024. *dares*] quae tu largiri uelles. Schol. cf. supr. 280.

1028. *erat*] sc. Pompeius. cf. supr. 130 foll.

1029. *feram*] 'tell'. cf. Verg. Aen. II 160 *tu modo promissis maneas seruataque serues Troia fidem si uera feram si magna rependam.*

nomina] plur. for sing. cf. note on II 22.

1030. *inuenies*] i.e. you shall decide whether to call the deed a service or a crime, or if you please find out what the world thinks of it, who would call it a service to you.

1031. *plus*] 'all the more'.

1034. *effigies*] 'the features', *habitum* 'the expression'. cf. Cic. N. D. I § 99 *oris quidem habitus ad uitae firmitatem nihil pertinet.*

1036. *auertitque*] i.e. *neque auertit.*

haesit] 'dwelt on it', not 'hesitated' as some have taken it.

1037. *fidem sceleris*] 'sure proof of the crime'. cf. Justin. II cap. 9 *ea primum fides inopiae Scythicae fuit.*

1039. *expressit*] 'forced out' with an effort. cf. VI 599. Caes. B. G. I 32 *cum ab eis saepius quaereret neque unam omnino uocem exprimere posset.*

non aliter manifesta putans abscondere mentis 1040
gaudia quam lacrimis: meritumque immane tyranni
destruit, et generi mauolt lugere reuolsum
quam debere caput. qui duro membra senatus
calcarat uoltu, qui sicco lumine campos
uiderat Emathios, uni tibi, Magne, negare 1045
non audet gemitus. o sors durissima fati:
hunccine tu, Caesar, scelerato Marte petisti
qui tibi flendus erat? non mixti foedera tangunt
te generis nec nata iubet maerere neposque?
credis apud populos Pompeii nomen amantis 1050
hoc castris prodesse tuis? fortasse tyranni
tangeris inuidia, captique in uiscera Magni
hoc aliis licuisse doles, quererisque perisse
uindictam belli, raptumque e iure superbi
uictoris generum. quisquis te flere coegit 1055
impetus a uera longe pietate recessit.
scilicet hoc animo terras atque aequora lustras
necubi suppressus pereat gener. o bene rapta
arbitrio mors ista tuo. quam magna remisit
crimina Romano tristis Fortuna pudori, 1060
quod te non passa est misereri, perfide, Magni
uiuentis. nec non his fallere uocibus audet,
adquiritque fidem simulati fronte doloris:
aufer ab adspectu nostro funesta, satelles,
regis dona tui: peius de Caesare uestrum 1065
quam de Pompeio meruit scelus: unica belli
praemia ciuilis uictis donare salutem

1042. *destruit*] 'seeks to disparage'. Tac. Hist. I 6 *Galbam inualidum senem nius et Laco contemptu inertiae destrue-it.* The metaphor is taken from a er undermining its banks.

1043. *debere*] 'to count it as a debt'.

1048. *qui tibi flendus erat*] 'for whom ou hadst to weep'.

1051. *castris tuis*] 'thy side', 'thy ty'. cf. VIII 532 *Pompeii nunc castra cent quae deserit orbis.*

1054. *e iure*] 'from the power'. cf. 821.

1056. *recessit*] 'was far removed from e affection'. cf. Plin. Epp. IX 5 § 3 *a uitio tu longe recessisti.*

1058. *necubi suppressus pereat*] 'that thy son-in-law may not be wasted by dying hidden from thee in some corner', i.e. but that Caesar may have the satisfaction of killing him himself. *suppressor* was the technical term in law for a man who concealed another's runaway slave. For *perire* cf. notes IV 252, VII 558, supr. 561.

1059. *quam magna*] 'from what a crime did cruel Fortune save the shame of Rome, in that, &c.'

1063. *fronte*] 'appearance', 'show'. cf. Iuv. II 8 *frontis nulla fides.*

1067. *uictis*] cf. VII 319 *ciuis qui fugerit esto.*

perdidimus. quodsi Phario germana tyranno
non inuisa foret, potuissem reddere regi
quod meruit, fratrique tuom pro munere tali 1070
misissem, Cleopatra, caput. secreta quid arma
mouit et inseruit nostro sua tèla labori?
ergo in Thessalicis Pellaeo fecimus aruis
ius gladio? uestris quaesita licentia regnis?
non tuleram Magnum mecum Romana regentem: 1075
te, Ptolemaee, feram? frustra ciuilibus armis
miscuimus gentes, si qua est hoc orbe potestas
altera quam Caesar, si tellus ulla duorum est.
uertissem Latias a uestro litore proras:
famae cura uetat, ne non damnasse cruentam 1080
sed uidear timuisse Pharon. nec fallere uos me
credite uictorem: nobis quoque tale paratum
litoris hospitium: ne sic mea colla gerantur
Thessaliae fortuna facit./ maiore profecto
quam metui poterat discrimine gessimus arma: 1085
exsilium generique minas Romamque timebam:
poena fugae Ptolemaeus erat. sed parcimus annis
donamusque nefas. sciat hac pro caede tyrannus
nil uenia plus posse dari. uos condite busto
tanti colla ducis: sed non ut crimina tantum 1090
uestra tegat tellus; iusto date tura sepulcro
et placate caput cineresque in litore fusos
colligite atque unam sparsis date manibus urnam.

1071. *secreta*] 'far removed', i.e. and so which might have remained neutral, cf. VIII 513, 514 *quid sepositam semperque quietam crimine bellorum maculas Pharon?*

1072. *inseruit*] cf. VIII 551, 552 *caeloque tonante profanas inseruisse manus impure ac semiuir audes?* Tac. Ann. VI 8 (2) *Togonius Gallus dum ignobilitatem suam magnis nominibus inserit per deridiculum auditur.*

1073. *fecimus*] cf. IV 821.

1077. *potestas*] cf. note on X 136.

1078. *si tellus*] 'if any land yet belongs to two', i.e. if I am not to be the sole master of the world.

1080. *damnasse*] cf. note on VII 242.

1082. *nobis*] 'for me too was prepared a like welcome on your shore'.

1087. *poena fugae*] 'the penalty of flight was destined to be—Ptolemy', i.e. death by his orders.

annis] 'his youth'.

1088. *donamus*] 'forgive'. cf. VII 850. Ovid ex Ponto II vii 51 *culpa gravis precibus donatur saepe suorum.*

1089. *nil uenia plus*] Grotius cf. Quint. Curt. VIII xii § 3 *ille facto impunitatem dedit, honorem denegauit exemplo.*

1090. *sed non*] 'aye, and not merely that the earth may hide your crime'.

1093. *manibus*] 'remains'. cf. VIII 696, X 24. Verg. Aen. IV 34 *id cinerem aut manes credis curare sepultos?*

sentiat aduentum soceri uocesque querentis
audiat umbra pias. dum nobis omnia praefert, 1095
dum uitam Phario mauolt debere clienti,
laeta dies rapta est populis: concordia mundo
nostra perit: caruere deis mea uota secundis,
ut te complexus positis felicibus armis
adfectus abs te ueteres uitamque rogarem, 1100
Magne, tuam: dignaque satis mercede laborum
contentus, par esse tibi, tum pace fideli
fecissem ut uictus posses ignoscere diuis,
fecisses, ut Roma mihi. nec talia fatus
inuenit fletus comitem, nec turba querenti 1105
credidit: abscondunt gemitus et pectora laeta
fronte tegunt, hilaresque nefas spectare cruentum,
o bona libertas, cum Caesar lugeat audent.

1095. *dum nobis*] 'by his preferring everything to me', i.e. to trusting himself to my hands.

1096. *clienti*] sc. Ptolemaeo.

1097. *concordia*] 'the world loses the benefit of our concord'.

1100. *rogarem*] sc. amorem pristinum et ut uelles uitae à me donatae munere frui. Weise. cf. supr. 210 *forsitan in soceri potuisset uiuere regno.*

1102. *par esse tibi*] cf. I 125—6 *nec quemquam iam ferre potest Caesarue priorem Pompeiusue parem.*

1103. *fecissem*] The omission of the personal pronouns with *fecissem* and *fecisses*, where they are so strongly contrasted, is remarkable.

1104. *ut Roma*] 'thou should'st have made Rome pardon me'.

1106. *et pectora*] 'and veil their real feelings with a show of joy'.

M. ANNAEI LUCANI

PHARSALIAE

LIBER DECIMUS.

ARGUMENT OF BOOK X.

Caesar enters Alexandria and visits the tomb of Alexander 1—19. Alexander's life and exploits 20—52. Cleopatra begs for the protection of Caesar 53—103, and entertains him at a banquet 104—171. Caesar questions Achoreus concerning the source of the Nile 172—192; his explanation 193—331. Pothinus urges Achillas to murder Caesar 332—398; they collect troops 399—433, and besiege Caesar in the palace 434—503. Caesar occupies Pharos 504—546, and the poem ends abruptly.

Vt primum terras Pompeii colla secutus
adtigit et diras calcauit Caesar harenas,
pugnauit fortuna ducis fatumque nocentis
Aegypti, regnum Lagi Romana sub arma
iret, an eriperet mundo Memphiticus ensis 5
uictoris uictique caput. tua profuit umbra,
Magne, tui socerum rapuere a sanguine manes:
[ne populus post te Nilum Romanus haberet.]
inde Paraetoniam fertur securus in urbem

1. *colla*] 'the severed head'.

2. *diras*] 'blood-stained', cf. note on I 444.

3. *pugnauit*] 'there was a contest between the chieftain's fortune and the destiny of guilty Egypt, whether &c.' For the omission of *utrum* cf. Tac. Ann. I 11 *incertum metu an per inuidiam.*

6. *tua profuit umbra*] 'thy shade was of service to him'; explained by the next line: the service consisted in warning Caesar of the treachery of the Egyptians.

8. *ne populus*] This line is wanting in most MSS. and does not appear in the Roman edition of 1469. The MSS. seem to vary between *haberet* and *amaret*, but neither gives any satisfactory meaning; the line is apparently made up from 387—389 infr.

9. *Paraetoniam in urbem*] sc. *Alexandream*, a Paraetonio portu et oppido Aegypti non longe ab Alexandrea sito. *Paraetonius* is used as *Pharius* and *Pelusiacus* for Egyptian generally. Weise.

pignore tam saeui sceleris sua signa secutus: 10
sed fremitu uolgi fasces et iura querentis
inferri Romana suis discordia sensit
pectora, et ancipites animos, Magnumque perisse
non sibi. tum uoltu semper celante timorem,
intrepidus superum sedes et templa uetusti 15
numinis antiquas Macetum testantia uires
circuit: et nulla captus dulcedine rerum,
non auro cultuque deum, non moenibus urbis,
effossum tumulis cupide descendit in antrum.
illic Pellaei proles uaesana Philippi, 20
felix praedo, iacet terrarum uindice fato
raptus; sacratis totum spargenda per orbem
membra uiri posuere adytis: Fortuna pepercit
manibus et regni durauit ad ultima fatum.

securus—pignore] 'confident by the guarantee of such a horrid crime', i.e. the murder of Pompeius made Caesar confident of the friendship of the Egyptians.

10. *sua signa secutus*] 'following his standards', i.e. 'with his standards borne before him'. cf. Caesar B.C. III 106. Grotius with some MSS. reads *secutam* remarking that soldiers or allies are said to follow the standards, the general to lead them.

12. *suis*] sc. *iuribus*. 'that the laws of Rome should be introduced among their own'. *dare iura* is used of rule over conquered nations. cf. Verg. G. IV 561, 562 *uictorque uolentis per populos dat iura*.

13—14. *Magnumque perisse non sibi*] 'and that it was not for his sake that Magnus had been slain'. cf. VII 697 *ostendit moriens sibi se pugnasse senatus*, also infr. 81.

16. *numinis*] Isidis. Weise.

17. *nulla captus dulcedine*] i.e. *omnino non captus dulcedine*. cf. note on VII 25 *nullas tuba uerberet aures*.

19. *effossum tumulis antrum*] 'the cave dug out among the tombs'. Compare the account of the visit of Augustus to Alexander's tomb in Suet. Aug. 18 *per idem tempus conditorium et corpus Alexandri Magni cum prolatum e penetrali subiecisset oculis corona aurea imposita ac floribus aspersis ueneratus est, consultusque num et Ptolemaeum inspicere uellet, regem se uoluisse ait uidere non mortuos*.

20. *uaesana*] cf. Pope Essay on Man IV 219 foll. 'Heroes are much the same, the point's agreed, From Macedonia's madman to the Swede; The whole strange purpose of their lives to find Or make an enemy of all mankind'.

21. *uindice*] 'by fate the avenger of the world'. Oud. cf. Ov. Met. IX 241 *timuere dei pro uindice terrae*, i.e. Hercules. Compare also Iuv. X 164 *sed ille Cannarum uindex et tanti sanguinis ultor annulus*.

24. *manibus*] sc. 'his ashes'. cf. VIII 696, IX 1093.

regni durauit ad ultima fatum] Weise explains this difficult passage as meaning 'the good fortune of his kingdom has lasted till the latest times', identifying the kingdom of Egypt with that of Alexander of which it formed a part: but *ad ultima* as equivalent to *ad ultima tempora* is a somewhat strange expression, and it is very doubtful whether Lucan would thus speak of Egypt as Alexander's kingdom. The Scholiast takes it 'his good fortune lasted till the last days of the kingdom', i.e. of Egypt; but his 'good fortune', i.e. the peaceful repose of his remains lasted longer than this, for they were not disturbed when Egypt was reduced to a province by Augustus, and had not been disturbed when Lucan wrote. I venture to suggest another explanation, viz. 'his good fortune has lasted till these last times of tyranny', i.e. the empire of the Caesars, i.e. comparing the following line, there has been

nam sibi libertas umquam si redderet orbem, 25
ludibrio seruatus erat, non utile mundo
editus exemplum, terras tot posse sub uno
esse uiro. Macetum fines latebrasque suorum
deseruit uictasque patri despexit Athenas:
perque Asiae populos fatis urgentibus actus 30
humana cum strage ruit, gladiumque per omnes
exegit gentes: ignotos miscuit amnes
Persarum Euphraten Indorum sanguine Gangen:
terrarum fatale malum, fulmenque quod omnes
percuteret pariter populos, et sidus iniquom 35
gentibus. oceano classes inferre parabat
exteriore mari. non illi flamma nec undae
nec sterilis Libye nec Syrticus obstitit Hammon.
isset in occasus mundi deuexa secutus
ambissetque polos Nilumque a fonte bibisset: 40
occurrit suprema dies naturaque solum
hunc potuit finem uaesano ponere regi;
qui secum inuidia qua totum ceperat orbem

no interval of freedom during which they would have been scattered: for this use of *regnum* cf. VII 444 *ex populis qui regna ferunt sors ultima nostra est quos seruire pudet*. For *fatum*, cf. VIII 10, infr. 45.

25. *nam sibi*] 'for had freedom at any time restored the world to her own sway he would have been preserved to be treated with mockery'. cf. IX 685, Verg. G. II 132 *si non alium longe iactaret odorem laurus erat*.

27. *editus*] 'set forth as an example pernicious to the world'. Compare the use of *edere munus, edere spectaculum*.

28. *fines latebrasque*] 'the obscure territories'.

29. *uictas*] Philip conquered the Athenians at Chaeronea B.C. 338.

31. *humana cum strage*] 'with havoc of the human race'.

32. *exegit*] 'he plunged his sword'. cf. VIII 656, Verg. Aen. X 815 *ualidum namque exigit ensem per medium Aeneas iuuenem*.

ignotos] cf. notes on I 170, VII 703.

miscuit] 'dyed'.

33. *Gangen*] Alexander never reached the Ganges; he turned back from the banks of the Hyphasis (Sutlej), cf. III 233, Quint. Curt. IX, cap. 3.

34. *malum*] 'a curse to the world'. cf. Plin. H. N. XVIII § 154 *caeleste frugum uinearumque malum rubigo*.

fulmen] cf. the comparison of Caesar to a thunderbolt, I 151—157.

quod—percuteret] 'such that it smote'.

35. *sidus*] 'a planet baneful to the nations'. cf. infr. 89, Hor. Sat. I vii 25—26 *canem illum inuisum agricolis sidus uenisse*.

36. *oceano*] 'he was preparing to launch his ships upon the ocean by way of the outer sea', sc. the sea on the further side of India.

37. *flamma*] 'heat'. Compare IX 949, also the use of *ignis* IX 604.

39. *isset*] 'he would have marched to the west, following the world's downward slope'.

40. *ambisset*] 'would have encompassed the poles'.

43. *qui secum*] 'who carried with him to the shades his empire with that same jealousy of others through which he had subdued the whole world', i.e. as he could bear no partner in power in his lifetime, so he would leave no successor at his death. For *abstulit* cf. I 111—114 *nam pignora*

abstulit imperium, nulloque herede relicto
totius fati lacerandas praebuit urbes. 45
sed cecidit Babylone sua Parthoque uerendus.
pro pudor, Eoi propius timuere sarisas
quam nunc pila timent populi. licet usque sub Arcton
regnemus, Zephyrique domos terrasque premamus
flagrantis post terga Noti; cedemus in ortus 50
Arsacidum domino. non felix Parthia Crassis
exiguae secura fuit prouincia Pellae.
iam Pelusiaco ueniens a gurgite Nili
rex puer imbellis populi sedauerat iras,
obside quo pacis Pellaea tutus in aula 55
Caesar erat: cum se parua Cleopatra biremi,
corrupto custode Phari laxare catenas,
intulit Emathiis ignaro Caesare tectis;
dedecus Aegypti, Latii feralis Erinys, 59
Romano non casta malo, quantum impulit Argos

iuncti sanguinis et diro ferales omine taedas abstulit ad manes Parcarum Iulia saeua intercepta manu.

44. *nulloque herede*] 'and leaving no heir to his entire fortune behind him exposed the cities to the spoiler's grasp', i.e. ut unusquisque sibi singulas urbes uindicet. Schol.

46. *Babylone sua*] 'but when he died Babylon was his own and he was a terror to the Parthians'. Alexander died at the real Babylon on the Euphrates, but Lucan is probably thinking of Ctesiphon the capital of the Parthians on the Tigris. cf. note on I 10.

47. *propius timuere*] 'had a closer dread of'.

sarisas] i.e. the long spears which were the national weapons of the Macedonians as the *pila* were of the Romans. For an account of the *sarisa* cf. Polyb. XVIII 12.

49. *premamus*] 'rule over', cf. Verg. Aen. I 288 *Mycenas seruitio premet et victis dominabitur Argis.*

50. *flagrantis*] cf. IX 877.

in ortus] 'towards the East'.

51. *Arsacidum domino*] 'the master of the Parthian kings', i.e. Alexander. Weise takes this as referring to the king of Parthia; but the Arsacidae were only the royal family in Parthia not the Parthians generally. cf. Tac. Ann. VI 37 (31).

non felix] 'fatal to the Crassi'.

52. *exiguae*] 'was a province which caused no anxiety to tiny Pella', i.e. was a peaceful province of the Macedonian empire.

53. *Pelusiaco*] i.e. from the Pelusiac branch, the most eastern, where he was waging war with his sister Cleopatra who had raised forces in Syria to oppose him, and was herself at the head of an army, not, as Lucan seems to suppose, a prisoner in Pharos. cf. Caesar B. C. III 103.

54. *imbellis*] to be taken with *populi*. cf. VIII 525, infr. 64.

57. *Phari catenas*] sc. the chain which closed the mouth of the harbour.

58. *Emathiis*] sc. Macedonian, and so Alexandrian, as Alexandria was founded by the Macedonians.

59. *feralis*] A favourite word of Lucan. cf. I 112.

Erinys] cf. Verg. Aen. II 573 *Troiae et patriae communis Erinys.* This apparent imitation by Lucan is perhaps an argument for the genuineness of the passage in the second Aeneid in which the words quoted above occur.

60. *Romano*] 'whose wantonness was ruinous to Rome'. cf. Plaut. Amphit. 165 *olet homo quidam malo suo.*

impulit] 'hurried to ruin', 'overthrew'. cf. I 149.

Iliacasque domos facie Spartana nocenti,
Hesperios auxit tantum Cleopatra furores.
terruit illa suo, si fas, Capitolia sistro,
et Romana petit imbelli signa Canopo,
Caesare captiuo Pharios ductura triumphos: 65
Leucadioque fuit dubius sub gurgite casus
an mundum ne nostra quidem matrona teneret.
hoc animi nox illa dedit quae prima cubili
miscuit incestam ducibus Ptolemaida nostris.
quis tibi uaesani ueniam non donet amoris, 70
Antoni, durum cum Caesaris hauserit ignes
pectus, et in media rabie medioque furore,
et Pompeianis habitata manibus aula,
sanguine Thessalicae cladis perfusus adulter
admisit uenerem curis, et miscuit armis 75
illicitosque toros et non ex coniuge partus?
pro pudor, oblitus Magni tibi, Iulia, fratres
obscena de matre dedit: partesque fugatas
passus in extremis Libyae coalescere regnis
tempora Niliaco turpis dependit amori, 80

63. *si fas*] 'if it be lawful so to say'. cf. for the full expression Ov. ex Ponto IV viii 55 *di quoque carminibus, si fas est dicere, fiunt.*

Capitolia] cf. Hor. carm. I xxxvii 6—9 *dum Capitolio regina dementes ruinas funus et imperio parabat.*

sistro] a kettle-drum, the instrument used in the worship of Isis. cf. Verg. Aen. VIII 696 *regina in mediis patrio uocat agmina sistro.* Propert. III (IV) xi 43 *Romanamque tubam crepitanti pellere sistro.*

64. *imbelli Canopo*] 'with the unwarlike hosts of Canopus'.

65. *Caesare*] sc. *Augusto.* Weise.

Pharios] i.e. instead of *Romanos.*

66. *sub gurgite*] This must mean at or near the Leucadian waves. cf. Propert. III (IV) ix 36 *tuta sub exiguo flumine nostra mora est*, where however the reading is doubtful. cf. also Ov. Trist. I iii 19 *nata procul Libycis aberat diuersa sub oris.*

67. *an mundum*] 'whether a woman should sway the world, and she not even a Roman'. For *matrona* used for a woman generally cf. the use of *nurus* in I 165.

68. *hoc animi*] 'this high spirit'. cf. Hor. carm. I xxxvii 32 *non humilis mulier* of Cleopatra.

69. *ducibus*] sc. first Julius Caesar and then Marcus Antonius.

Ptolemaida] 'the daughter of the Ptolemies'.

71. *hauserit*] Oud. cf. Ov. Met. X 252 *haurit pectore Pygmalion simulati corporis ignes.*

73. *habitata*] 'and in the palace haunted by Pompeius' shade'.

75. *admisit*] The indicatives *admisit* and *miscuit* following the subjunctive *hauserit* are, as Weise remarks, worthy of notice. There is a somewhat similar mixture of moods in Pers. III 66—72. It is possible however to avoid the difficulty by making a fresh sentence begin at *et in media*, i.e. 'even in the midst of his fury &c.'

77. *fratres*] sc. Caesarion, who was said by Cleopatra to be the son of Julius: he was put to death by Augustus.

79. *coalescere*] 'to gather strength' sc. under Cato. cf. Tac. Hist. I 21 *dum Galbae auctoritas fluxa, Pisonis nondum coaluisset.*

80. *dependit*] 'he shamefully spends his time on an Egyptian intrigue'.

dum donare Pharon, dum non sibi uincere mauolt.
quem formae confisa suae Cleopatra sine ullis
tristis adit lacrimis, simulatum compta dolorem
qua decuit, ueluti laceros dispersa capillos,
et sic orsa loqui: si qua est, o maxime Caesar, 85
nobilitas, Pharii proles clarissima Lagi,
exsul in aeternum sceptris depulsa paternis,
si tua restituat ueteri me dextera fato,
complector regina pedes. tu gentibus aequom
sidus ades nostris. non urbes prima tenebo 90
femina Niliacas: nullo discrimine sexus
reginam scit ferre Pharos. lege summa perempti
uerba patris, qui iura mihi communia regni
et thalamos cum fratre dedit. puer ipse sororem,
sit modo liber, amat: sed habet sub iure Pothini 95
adfectus ensesque suos. nil ipsa paterni
iuris inire peto: culpa tantoque pudore
solue domum: remoue funesta satellitis arma
et regem regnare iube. quantosne tumores
mente gerit famulus Magni ceruice reuolsa? 100
iam tibi, sed procul hoc auertant fata, minatur.
sat fuit indignum, Caesar, mundoque tibique
Pompeium facinus meritumque fuisse Pothini.

81. *donare*] sc. Cleopatrae.
non sibi] sc. sed Cleopatrae.

82. *sine ullis*] 'sad but tearless' i.e. because weeping would have spoiled her beauty.

83. *simulatum*] 'decked with pretended grief so far as it became her'. *compta* takes the accusative on the analogy of such words as *indutus*.

84. *qua*] equivalent to *quatenus*. Oud. cf. Ov. Heroid. X 53 *et tua, qua possim, pro te uestigia tango*. See also 286 infr.
ueluti] 'with her locks dishevelled as though torn', i.e. so that the disorder of her hair might appear to have been caused by violence, though it was really her own doing in order to set off her beauty. Oud. cf. Ov. A. A. III 153, 154 *et neglecta decet multas coma; saepe iacere hesternam credas; illa repexa modo est*. For the construction cf. Verg. Aen. I 320 *nodoque sinus collecta fluentis*.

85. *si qua est*] cf. Verg. Aen. II 536 *si qua est caelo pietas quae talia curet*.

87. *exsul*] 'doomed to everlasting banishment when expelled from my ancestral throne'.

88. *si tua*] 'in the hope that &c.'
fato] 'good fortune' 'position'. cf. note on 23 supr.

90. *sidus*] cf. note on 35 supr.

95. *amat*] The common reading is *amet* but as Oud. remarks the indicative besides having the better MS. authority shows more confidence in her statement.

96. *adfectus*] 'but his feelings and his sword are subject to Pothinus' sway'.

97. *culpa tantoque pudore*] sc. marriage between a brother and sister.

99. *quantosne tumores*] For the double interrogative cf. note on VII 301. For *tumores*, 'swelling pride', cf. V 233.

103. *facinus meritumque*] 'that Pompeius should have been the guilt or merit

nequiquam duras temptasset Caesaris aures:
uoltus adest precibus faciesque incesta perorat. 105
exigit infandam corrupto iudice noctem.
pax ubi parta duci donisque ingentibus empta est,
excepere epulae tantarum gaudia rerum:
explicuitque suos magno Cleopatra tumultu
nondum translatos Romana in saecula luxus. 110
ipse locus templi quod uix corruptior aetas
exstruat instar erat: laqueataque tecta ferebant
diuitias crassumque trabes absconderat aurum.
nec summis crustata domus sectisque nitebat
marmoribus: stabatque sibi non segnis achates, 115
purpureusque lapis, totaque effusus in aula
calcabatur onyx: hebenus Maroetica uastos
non operit postes, sed stat pro robore uili,
auxilium non forma domus. ebur atria uestit,
et subfixa manu foribus testudinis Indae 120

of Pothinus'; so Ptolemaeus is called *crimen deorum* v 59. Oud. refers to Verg. Aen. XI 443, 444 *nec Drances potius, siue est haec ira deorum, morte luat; siue est uirtus et gloria tollat.*

105. *perorat*] 'winds up her speech'.

106. *exigit*] 'she spends', 'passes'. cf. Verg. Aen. VII 776 *solus ubi in siluis Italis ignobilis aeuom exigeret.* See also VIII 376, infr. 354.

107. *pax*] sc. between Cleopatra and her brother.

duci] sc. by Caesar, acting as mediator. cf. Caes. B. C. III 109.

109. *tumultu*] 'bustling', cf. Hor. carm. III xi 9—10 *cuncta festinat manus, huc et illuc cursitant mixtae pueris puellae.*

110. *saecula*] 'fashion', 'manners'. cf. Tac. Germ. 19 *nemo illic uitia ridet; nec corrumpere et corrumpi saeculum uocatur*, Mart. IX xxviii 9 *et cum theatris saeculoque rixaris.*

111. *ipse locus*] 'the place itself was like a temple such as a more degenerate age (i.e. such as ours) could scarcely rear'.

113. *crassum aurum*] 'a thick coating of gold'.

114. *crustata*] 'nor was the glittering palace veneered with marble on the surface only and in slabs', i.e. the walls were built of solid marble. cf. Plin. H. N. XXXVI § 47 *secandi in crustas* (*marmoris*) *nescio an Cariae fuerit inuentum*, foll. also Sen. de Benef. IV vi § 2 *non tenues crustas et ipsa qua secantur lamina graciliores sed integras lapidis pretiosissimi moles.* Id. Epp. XIX vi (115) § 9 *miramur parietes tenui marmore inductos, cum sciamus quale sit quod absconditur. oculis nostris imponimus, et cum auro tecta perfudimus quid aliud quam mendacio gaudemus? scimus enim sub illo auro foeda ligna latitare.*

115. *stabatque sibi*] 'and agate stood there on its own account as no mere idle ornament'. *sibi* is apparently equivalent to *per se* as Weise takes it. Compare the use of the dative in II 547 *ut Catulo iacuit Lepidus.*

non segnis] i.e. useful for supporting the roof, not merely as an ornamental covering of the walls.

116. *purpureus lapis*] sc. porphyry.

effusus] 'spread widely' 'in abundance', cf. Plin. H. N. VII § 94 *effusas opes.*

117. *Maroetica*] This is the correction of Grotius for *Mareotica*. cf. infr. 303.

119. *auxilium non forma*] 'a support, not an ornament'.

120. *subfixa manu*] 'attached with laborious skill'. cf. Verg. G. II 156 *tot congesta manu praeruptis oppida saxis.* For the use of tortoise-shell cf. Verg. G. II 463 *nec uarios inhiant pulcra testudine postes.*

terga sedent crebro maculas distincta zmaragdo.
fulget gemma toris et iaspide fulua supellex.
strata micant: Tyrio quorum pars maxima suco
cocta diu uirus non uno duxit aeno;
pars auro plumata nitet; pars ignea cocco, 125
ut mos est Phariis miscendi licia telis.
tum famulae numerus turbae populusque minister;
discolor hos sanguis, alios distinxerat aetas:
haec Libycos, pars tam flauos gerit altera crines
ut nullis Caesar Rheni se dicat in aruis 130
tam rutilas uidisse comas. pars sanguinis usti
torta caput refugosque gerens a fronte capillos:
nec non infelix ferro mollita iuuentus
atque exsecta uirum. stat contra fortior aetas
uix ulla fuscante tamen lanugine malas. 135
discubuere illic reges maiorque potestas
Caesar: et immodice formam fucata nocentem,
nec sceptris contenta suis nec fratre marito,
plena maris rubri spoliis colloque comisque
diuitias Cleopatra gerit cultuque laborat. 140
candida Sidonio perlucent pectora filo,

121. *crebro*] 'studded with many an emerald'.

124. *cocta diu*] 'long steeped in Tyrian dye imbibed the colouring matter in more than a single vat' i.e. they were what the Greeks called δίβαφα. cf. Hor. carm. II xvi 35—37 *te bis Afro murice tinctae uestiunt lanae:* for *uirus* cf. Verg. G. II 465 *alba nec Assyrio fucatur lana ueneno.*

125. *plumata*] 'part gleams with feather-work of gold', called in Greek πρλύμτα. Weise cf. Mart. XIV 150 *haec tibi Memphitis tellus dat munera; uicta est pectine Niliaco iam Babylonis acus.*

126. *licia*] cf. Plin. H. N. VIII § 196 *pluribus uero liciis texere, quae polymita appellant, Alexandria instituit.*

127. *tum famulae*] supple: admirationem excitabant: est autem aposiopesis. Weise.

numerus] cf. note on VII 538.

populus] cf. III 665 *nutaretque ratis populo peritura recepto.*

128. *discolor*] to be taken with both *sanguis* and *aetas*. Oud. cf. Sen. dial. X xii § 2 *qui uinctorum suorum greges in aetatium et colorum paria diducit.*

129. *Libycos—crines*] sc. 'of the African type' i.e. black and woolly.

131. *rutilas*] This word is used as a synonym of *flauus*, also by Ausonius Epp. IV 44, 45 *sic certe crinem flauus niueusque lacertos caesariem rutilam per candida colla refundis.*

sanguinis usti] 'of scorched complexion'.

132. *torta caput*] 'with twisted hair and wearing their locks receding from their forehead'.

134. *fortior aetas*] sc. adult men. cf. Verg. Ecl. IV 37 *hinc ubi iam firmata uirum te fecerit aetas.*

135. *uix ulla*] carent enim Afri barba. Weise.

136. *potestas*] For the personal use of this word cf. III 106, IX 1077, Iuv. X 100 *an Fidenarum Gabiorumque esse potestas.*

140. *cultuque laborat*] 'is oppressed by her ornaments' weight'. cf. IX 365.

141. *Sidonio*] probably means only purple. The material was close-woven (*compressum*) by the Seres and pulled out so as to be transparent by the Egyptians: so I understand it, not as Weise does

quod Nilotis acus compressum pectine Serum
soluit et extenso laxauit stamina uelo.
dentibus hic niueis sectos Atlantide silua
imposuere orbes; quales ad Caesaris ora 145
nec capto uenere Iuba. pro caecus et amens
ambitione furor, ciuilia bella gerenti
diuitias aperire suas, incendere mentem
hospitis armati. non sit licet ille nefando
Marte paratus opes mundi quaesisse ruina: 150
pone duces priscos et nomina pauperis aeui
Fabricios Curiosque graues: hic ille recumbat
sordidus Etruscis abductus consul aratris,
optabit patriae talem duxisse triumphum.
infudere epulas auro, quod terra, quod aer, 155
quod pelagus Nilusque dedit, quod luxus inani
ambitione furens toto quaesiuit in orbe,
non mandante fame: multas uolucresque ferasque
Aegypti posuere deos: manibusque ministrat
Niliacas crystallus aquas: gemmaeque capaces 160
excepere merum, sed non Mareotidos uuae,
nobile sed paucis senium cui contulit annis
indomitum Meroe cogens spumare Falernum.
accipiunt sertas nardo florente coronas
et numquam fugiente rosa: multumque madenti 165

apparently, that it was woven at Sidon and altered by the Egyptians using the *pecten* of the Seres: but the *pecten* was used in weaving. cf. Ov. Met. VI 55 foll. *tela iugo uincta est; stamen secernit harundo; inseritur medium radiis subtemen acutis, quod digiti expediunt atque inter stamina ductum percusso feriunt insecti pectine dentes.*

143. *laxauit*] 'loosened the threads by stretching the fabric'.

144. *dentibus*] sc. on feet of ivory. cf. Iuv. XI 122 *latos nisi sustinet orbes grande ebur.*

sectos Atlantide silua] sc. of citron wood from Africa. cf. IX 427—430, Plin. H. N. XIII § 91.

146. *nec*] equivalent to *ne-quidem*. cf. note on VIII 497.

147. *ambitione*] 'ostentation'.

153. *aratris*] cf. Plin. H. N. XVIII §§ 9—14 Persius I 73—75 *sulcoque terens dentalia Quinti cum trepida ante boues dictatorem induit uxor et tua aratra domum lictor tulit.*

157. *quaesiuit*] cf. I 163, Petron. § 119 *ingeniosa gula est...ut renouent per damna famem.*

160. *crystallus*] glass.

gemmaeque capaces] cf. Iuv. V 37—39 *ipse capaces heliadum crustas et inaequalis beryllo Virro tenet phialas.*

162. *senium*] 'ripeness' 'maturity'. cf. Plin. H. N. XIV § 21 *principatus datur Amineis firmitatem propter senioque proficientem uini eius utique uitam.*

163. *spumare*] to ferment, and so to ripen, i.e. the climate of Meroe caused wine to mature in a few years, even Falernian which is *indomitum* i.e. difficult to mellow.

165. *numquam fugiente*] i.e. perpetually blooming.

infudere comae quod nondum euanuit aura
cinnamon externā nec perdidit aerā terra:
aduectumque recens uicinae messis amomum.
discit opes Caesar spoliati perdere mundi
et gessisse pudet genero cum paupere bellum, 170
et causas Martis Phariis cum gentibus optat.
postquam epulis Bacchoque modum lassata uoluptas
imposuit, longis Caesar producere noctem
incohat adloquiis: summaque in sede iacentem
linigerum placidis compellat Achorea dictis: 175
o sacris deuote senex, quodque arguit aetas
non neglecte deis, Phariae primordia gentis
terrarumque situs uolgique edissere mores
et ritus formasque deum: quodcumque uetustis
insculptum est adytis profer, noscique uolentis 180
prode deos. si Cecropium sua sacra Platonem
maiores docuere tui: quis dignior umquam
hoc fuit auditu mundique capacior hospes?
fama quidem generi Pharias me duxit ad urbes,
sed tamen et uestri: media inter proelia semper 185
stellarum caelique plagis superisque uacaui,
nec meus Eudoxi uincetur fastibus annus.

166. *aura*] 'by exposure to the air'.

167. *externa...terra*] 'by being in a foreign land'.

aera] 'its scent'. cf. IV 439 *odoratae metuentes aera pennae.*

168. *messis*] cf. Stat. Silu. III iii 34, 35 *tu messes Cilicumque Arabumque superbis merge rogis.*

169. *perdere*] 'to waste in luxury'.

172. *lassata*] Oud. cf. Sen. de benef. IV vi § 3 *inritamenta lassae uoluptatis.*

173. *producere noctem*] cf. Mart. II lxxxix 1 *quod nimio gaudes noctem producere uino ignosco.*

174. *adloquiis*] simply 'conversation', not consolation as in Hor. Epod. XIII 18.

175. *linigerum*] The linen ephod was the special dress of a priest among the Eastern nations generally. cf. Merivale, vol. VI ch. liv p. 432. It was also used as a covering for the statues of the gods, cf. IX 160.

176. *arguit*] i.e. the gods show their regard for you by the length of life they have granted.

180. *uolentis*] i.e. willing to have their secrets disclosed to Caesar.

183. *mundi capacior*] 'more fit to hold the secrets of the world'.

186. *uacaui*] referring to the Julian Calendar, for which cf. Mommsen, vol. IV cap. xi p. 555: it was founded on that of Eudoxus, for whom cf. Verg. Ecl. III 41, 42 *descripsit radio totum qui gentibus orbem, tempora quae messor quae curuus arator haberet.*

187. *uincetur*] As this conversation is supposed to be held in the year 48 B.C. and the Julian Calendar did not come into effect until the 1st January 45 B.C., it is possible that by the use of the future tense Lucan intends to represent Caesar as speaking about what he has determined on but not yet carried out. It is however at least equally likely that Lucan would pay no regard to such a detail of chronology, and that the force of the future is, 'will not be found inferior'; compare

sed cum tanta meo uiuat sub pectore uirtus,
tantus amor ueri, nihil est quod noscere malim,
quam fluuii causas per saecula tanta latentis 190
ignotumque caput: spes sit mihi certa uidendi
Niliacos fontes, bellum ciuile relinquam.
finierat, contraque sacer sic orsus Achoreus:
fas mihi magnorum, Caesar, secreta parentum
prodere ad hoc aeui populis ignota profanis. 195
sit pietas aliis miracula tanta silere:
ast ego caelicolis gratum reor ire per omnes
hoc opus et sacras populis notescere leges.
sideribus, quae sola fugam moderantur Olympi
occurruntque polo, diuersa potentia prima 200
mundi lege data est. sol tempora diuidit anni,
mutat nocte diem, radiisque potentibus astra
ire uetat cursusque uagos statione moratur.
luna suis uicibus Tethyn terrenaque miscet.
frigida Saturno glacies et zona niualis 205
cessit. habet uentos incertaque fulmina Mauors.
sub Ioue temperies et numquam turbidus aer.
at fecunda Venus cunctarum semina rerum
possidet. immensae Cyllenius arbiter undae est.
hunc ubi pars caeli tenuit qua mixta Leonis 210
sidera sunt Cancro, rabidos qua Sirius ignes
exserit, et uarii mutator circulus anni

notes on *erit* I 31, VIII 379, and on *sequetur* IX 782. The form *fastus* for *fastos* is found in some MSS. in Columel. IX cap. 14 and Sil. Ital. II 10.

190. *latentis*] cf. I. 20 *gens si qua iacet nascenti conscia Nilo.*

194. *fas mihi*] imitated from Verg. Aen. II 157 *fas mihi Graiorum sacrata resoluere iura.*

197. *ire per omnes*] omnibus aperiri, Weise. cf. Ov. Met. VI 146, 147 *Phrygiaeque per oppida facti rumor it.*

199. *fugam Olympi*] 'the movement of the heaven'.

200. *occurrunt*] Physici dicunt septem stellas quarum nomina dies tenent contra caelum niti; quae si non occurrerent in inmensa raperetur et praecipitaretur tanta uertigine. Schol.

prima lege] 'the primaeval law'. cf. II 7 seq.

202. *potentibus*] i.e. the sun causes the planets, when they have reached their fixed limits, to appear to remain stationary for a time and then to return. So Weise explains the passage, referring to Plin. H. N. II § 59 foll. See also Cic. de Rep. VI § 17 *deinde subter mediam fere regionem sol obtinet, dux et princeps et moderator luminum reliquorum, mens mundi et temperatio.*

204. *miscet*] i.e. causes the tides.

206. *cessit*] 'has passed under Saturn's sway'.

209. *arbiter*] 'ruler'. cf. Hor. carm. I iii 15 *quo non arbiter Hadriae maior tollere seu ponere uolt freta.*

212. *circulus*] i.e. the Zodiac, according to the Scholiast.

Aegoceron Cancrumque tenet, cui subdita Nili
ora latent: quae cum dominus percussit aquarum
igne superiecto, tum Nilus fonte soluto 215
exit, ut oceanus lunaribus incrementis
iussus adest, auctusque suos non ante coartat
quam nox aestiuas a sole receperit horas.
uana fides ueterum Nilo quo crescat in arua
Aethiopum prodesse niues. non Arctos in illis 220
montibus aut Boreas. testis tibi sole perusti
ipse color populi calidique uaporibus Austri.
adde quod omne caput fluuii, quodcumque soluta
praecipitat glacies, ingresso uere tumescit
prima tabe niuis. Nilus neque suscitat undas 225
ante Canis radios nec ripis adligat amnem
ante parem nocti Libra sub iudice Phoebum.
inde etiam leges aliarum nescit aquarum:
nec tumet hibernus, cum longe sole remoto
officiis caret unda suis: dare iussus iniquo 230
temperiem caelo mediis aestatibus exit
sub torrente plaga: ne terras dissipet ignis
Nilus adest mundo, contraque incensa Leonis
ora tumet: Cancroque suam torrente Syenen
imploratus adest: nec campos liberat undis 235
donec in auctumnum declinet Phoebus et umbras
extendat Meroe. quis causas reddere possit?
sic iussit natura parens discurrere Nilum:

214. *ora*] equivalent to *caput*, the source: more commonly used of the mouth of a river.

quae cum] The introduction of this second and subordinate protasis is worthy of notice; cf. note on IX 401. *dominus aquarum* is Mercury, cf. 209 supr.

216. *ut oceanus*] i.e. the rise and fall of the Nile is caused by Mercury in the same way that the ebb and flow of the tide in the sea are by the moon.

217. *coartat*] sc. Nilus.

218. *receperit*] 'until night has recovered the hours of summer from the sun', i.e. until the autumnal equinox.

219. *ueterum*] e.g. Euripidis, cf. Helena 1—3 Νείλου μὲν αἵδε καλλιπάρθενοι ῥοαί, ὃς ἀντὶ δίας ψακάδος Αἰγύπτου πέδον λευκῆς τακείσης χιόνος ὑγραίνει γύας.

225. *prima tabe niuis*] 'with the first melting snow'. cf. Liv. XXI 36 *per nudam glaciem fluentemque tabem liquescentis niuis ingrediebantur.*

226. *ripis adligat amnem*] 'confines its stream by banks', i.e. withdraws within its banks.

227. *Libra sub iudice*] cf. Verg. G. I 208 *Libra die somnique pares ubi fecerit horas.*

230. *officiis suis*] i.e. cooling the air and moistening the ground.

caret] 'foregoes'.

233. *contra*] 'swells up to meet the Lion's fiery face'.

237. *extendat*] because at midsummer there were no shadows cast at Meroe. cf. II 587 *umbras nusquam flectente Syene.* See also infr. 305.

sic opus est mundo. Zephyros quoque uana uetustas
his adscribit aquis, quorum stata tempora flatus 240
continuique dies et in aerā longa potestas:
uel quod ab occiduo pellunt tot nubila caelo
trans Noton et fluuio cogunt incumbere nimbos:
uel quod aquas totiens rumpentis litora Nili
adsiduo feriunt coguntque resistere fluctus: 245
ille morā cursūs aduersique obiice ponti
aestuat in campos. sunt qui spiramina terris
esse putant magnosque cauae compagis hiatus.
commeat hac penitus tacitis discursibus unda
frigore ab Arctoo medium reuocata sub axem, 250
cum Phoebus pressit Meroen tellusque perusta
illuc duxit aquas. trahitur Gangesque Padusque
per tacitum mundi; tunc omnia flumina Nilus
uno fonte uomens non uno gurgite perfert.
rumor ab oceano qui terras adligat omnes 255
exundante procul uiolentum erumpere Nilum,
aequoreosque sales longo mitescere tractu.
nec non oceano pasci Phoebumque polumque
credimus: hunc calidi tetigit cum bracchia Cancri
sol rapit, atque undae plus quam quod digerat aer
tollitur. hoc noctes referunt Niloque refundunt. 261

239. *Zephyros adscribit*] i.e. Zephyros causam esse ait. Weise. He also thinks that the Etesian winds are here meant, which however blew from the north.

242. *uel quod*] Democriti placitum. Grotius.

244. *uel quod*] Thaletis placitum. Grotius.

totiens rumpentis litora] 'bursting out into the sea by so many (sc. seven) mouths'.

245. *cogunt*] 'and compel its waves to halt', i.e. to flow down more slowly. cf. Verg. Aen. VIII 86—89 *Tybris ea fluuium quam longa est nocte tumentem leniit et tacita refluens ita substitit unda, mitis ut in morem stagni placidaeque paludis sterneret aequor aquis remo ut luctamen abesset.*

247. *spiramina*] 'breathing places in the earth and vast chasms in the hollow of its frame'.

249. *commeat*] 'penetrates'. cf. Verg. G. IV 363—373: also Plat. Phaedo 111 C —112 E. For *discursibus* cf. *diuersa locis* in the passage of Verg. cited above.

250. *medium sub axem*] sc. to the equator. cf. Verg. G. III 351 *quaque redit medium Rhodope porrecta sub axem.* See also note on IV 673.

253. *per tacitum mundi*] per cauernas latentis. Schol.

254. *non uno gurgite perfert*] 'does not bear them to the sea in one single flood'; referring to the seven mouths of the Nile.

255. *adligat*] 'surrounds'. cf. Verg. Aen. VI 438 *tristique palus inamabilis unda adligat.*

257. *mitescere*] 'lose their savour'.

258. *pasci*] cf. notes on I 415, VII 5.

260. *undae plus*] 'more moisture than the air can disperse'. cf. Plin. H. N. XXXI § 53 *plerumque uero damnosi torrentes conriuantur detracta collibus silua continere nimbos ac digerere consueta.*

ast ego, si tantam ius est mihi soluere litem,
quasdam, Caesar, aquas post mundi sera peracti
saecula concussis terrarum erumpere uenis,
non id agente deo, quasdam compage sub ipsa 265
cum toto coepisse reor, quas ille creator
atque opifex rerum certo sub iure coercet.
quae tibi noscendi Nilum, Romane, cupido
et Phariis Persisque fuit Macetumque tyrannis:
nullaque non aetas uoluit conferre futuris 270
notitiam: sed uincit adhuc natura latendi.
summus Alexander regum quos Memphis adorat
inuidit Nilo, misitque per ultima terrae
Aethiopum lectos: illos rubicunda perusti
zona poli tenuit; Nilum uidere calentem. 275
uenit ad occasus mundique extrema Sesostris,
et Pharios currus regum ceruicibus egit:
ante tamen uestros amnes Rhodanumque Padumque
quam Nilum de fonte bibit. uaesanus in ortus
Cambyses longi populos peruenit ad aeui, 280
defectusque epulis et pastus caede suorum
ignoto te, Nile, redit. non fabula mendax
ausa loqui de fonte tuo est: ubicumque uideris
quaereris; et nulli contingit gloria genti
ut Nilo sit laeta suo. tua flumina prodam, 285

263. *post mundi*] 'after the latest ages of the completion of the world'.

264. *concussis*] i.e. apparently by earthquakes.

265. *non id agente deo*] sc. casu. Weise.

compage sub ipsa] 'at the time when the world was framed'.

266. *cum toto coepisse*] 'had their beginning along with the universe'. cf. VIII 459.

creator] 'founder'; cf. Cic. pro Corn. Balb. § 31 *creator huius urbis Romulus;* not 'maker' which is expressed by *opifex*.

271. *natura latendi*] 'its native power of hiding'.

272. *adorat*] This refers to the deification of the Ptolemies.

273. *inuidit Nilo*] 'grudged the Nile its secret'.

275. *tenuit*] i.e. *continuit* 'stopped'.

Nilum] non fontes eius. Weise.

277. *regum ceruicibus*] 'yoked to the necks of kings', i.e. he made the conquered kings drag his triumphal car.

280. *longi populos aeui*] i.e. τοὺς μακροβίους. For the account of these Ethiopians and the march of Cambyses cf. Herod. III 17—25. For the genitive cf. note on VIII 223.

281. *defectus epulis*] 'destitute of food'. cf. Tibull. II v 75 *ipsum etiam solem defectum lumine uidit.* Ov. Met. X 194 *defecta uigore ipsa sibi est oneri ceruix.*

282. *non fabula*] 'not even lying fable has ventured to tell of thy source', this is how this passage is rightly explained by the Scholiast, not as Weise takes it, 'nor is the proverb false which has ventured to say of thy source, where'er thou art seen, thou art sought in vain'.

285. *suo*] ut iactet se habere fontem Nili. Schol.

flumina] emphatic; your course, not your source.

qua deus undarum celator, Nile, tuarum
te mihi nosse dedit. medio consurgis ab axe
ausus in ardentem ripas adtollere Cancrum:
in Borean is rectus aquis mediumque Booten.
cursus in occasum flexu torquetur et ortus, 290
nunc Arabum populis Libycis nunc aequus harenis:
teque uident primi, quaerunt tamen hi quoque, Seres,
Aethiopumque feris alieno gurgite campos:
et te terrarum nescit cui debeat orbis.
arcanum natura caput non prodidit ulli, 295
nec licuit populis paruom te, Nile, uidere,
amouitque sinus, et gentes maluit ortus
mirari quam nosse tuos. consurgere in ipsis
ius tibi solstitiis, aliena crescere bruma,
atque hiemes adferre tuas: solique uagari 300
concessum per utrosque polos. hic quaeritur ortus,
illic finis aquae. late tibi gurgite rupto
ambitur nigris Meroe fecunda colonis,
laeta comis hebeni, quae quamuis arbore multa
frondeat aestatem nulla sibi mitigat umbra: 305
linea tam rectum mundi ferit illa Leonem.

286. *qua*] equivalent to *quatenus* 'so far as'. cf. 83 supr. Liv. XXXIX 48 *statui non ultra attingere externa nisi qua Romanis cohaerent rebus.*

287. *medio ab axe*] sc. 'from the equator'. cf. supr. 250.

288. *in ardentem Cancrum*] sc. ad Zodiacum, ubi Cancer. Weise.

292. *Seres*] The ancients thought that the Nile came from the east. cf. Verg. G. IV 293 *usque coloratis amnis deuexus ab Indis.*

293. *alieno gurgite*] 'and dost inundate the Ethiopians' plains with a flood from a foreign land'.

297. *amouit*] sc. *natura*, the preceding line is a parenthesis.

sinus] equivalent to *latebras* 'retreat', 'lurking place'. cf. Tac. Agric. 30 *reversus ipse a. sinus Romae in hunc diem defendit.*

299. *aliena bruma*] 'with winter (i.e. floods which are the sign of winter) out of season'. cf. Verg. G. II 149 *alienis mensibus aestas*, not as Weise takes it, ex niuibus terrae longe ad orientem remotae, which would contradict line 219.

301. *hic quaeritur*] 'here none know the source, there none the goal of thy waters'.

302. *rupto*] 'divided'.

305. *nulla—umbra*] i. e. because the sun being vertically over it the tree casts no shade.

306. *linea*] For the astronomical information in the following note I am indebted to Mr R. Pendlebury, Fellow of St John's College. Weise takes *linea mundi* to be the equator, 'above which the Lion rises perpendicularly'; but this at the equator would be equally the case with all other constellations. Other commentators understand by *linea mundi* a line drawn vertically from the sun to this portion of the earth, which passes directly through the Lion; but if a line drawn from the sun to a point on the equator would pass through the Lion, a line drawn to any other point on the earth's surface would equally do so. Perhaps Lucan

inde plagas Phoebi damnum non passus aquarum
praeueheris sterilesque diu metiris harenas,
nunc omnes unum uires collectus in amnem,
nunc uagus et spargens facilem tibi cedere ripam.
rursus multifidas reuocat piger alueus undas, 311
qua dirimunt Arabum populis Aegyptia rura
regni claustra Philae. mox te deserta secantem,
qua dirimunt nostrum rubro commercia pontum,
mollis lapsus agit. quis te tam lene fluentem 315
moturum tantas uiolenti gurgitis iras,
Nile, putet? sed cum lapsus abrupta uiarum
excepere tuos et praecipites cataractae,
ac nusquam uetitis ullas obsistere cautes
indignaris aquis: spuma tunc astra lacessis: 320
cuncta fremunt undis: ac multo murmure montis
spumeus inuictis canescit fluctibus amnis.
hinc Abaton quam nostra uocat ueneranda uetustas
terra potens primos sentit percussa tumultus,
et scopuli, placuit fluuii quos dicere uenas, 325
quod manifesta noui primum dant signa tumoris.
hinc montes natura uagis circumdedit undis,
qui Libyae te, Nile, negant: quos inter in alta
it conualle iacens iam molibus unda receptis.

thought that Regulus, the principal star in the Lion, passed vertically overhead at the equator, but the distance of Regulus from the zenith would be not less than 12° 30′. If this explanation is right *linea mundi illa* probably means the line from the place of observation to the earth's centre, or, more in accordance with ancient ideas, the perpendicular to the surface of the earth at the place of observation, i. e. the zenith line.

311. *piger alueus*] 'the gently sloping channel'.

312. *qua dirimunt*] 'where Philae, the key of the kingdom (sc. of Egypt), separates the land of Egypt from the Arabian tribes'.

314. *qua dirimunt*] 'where the track of commerce separates our sea (i. e. the Mediterranean) from the Red Sea'. *commercia* refers to the isthmus of Suez. The repetition of *qua dirimunt* is very awkward, but cf. note on V 795. For *nostrum mare* cf. VIII 293 *abruptum est nostro mare discolor unda.*

318. *cataractae*] This word is specially used of the cataracts of the Nile; it is also applied to artificial flood-gates.

319. *ac nusquam*] 'and thou dost fret that any rocks should oppose thy waters nowhere debarred from flowing', i. e. which force a passage for themselves everywhere.

321. *multo murmure*] from Verg. Aen. I 55 *illi indignantes multo cum murmure montis circum claustra fremunt.*

324. *terra potens*] The epithet may be probably explained by a passage in Seneca N. Q. IV ii § 7 *exiguo ab hac spatio petra diuiditur: Ἄβατον Graeci uocant, nec illam ulli nisi antistites calcant.*

325. *uenas*] 'the springs of the river'. cf. VIII 477. For *uenae* cf. IX 356. Hirt. B. G. VIII 43 *cuniculis uenae fontis intercisae sunt atque auersae.*

329. *molibus receptis*] 'having now got a barrier', sc. the mountains mentioned in

prima tibi campos permittit apertaque Memphis
rura modumque uetat crescendi ponere ripas. 331
sic uelut in tuta securi pace trahebant
noctis iter mediae: sed non uaesana Pothini
mens imbuta semel sacrata caede uacabat
a scelerum motu. Magno nihil ille perempto 335
iam putat esse nefas: habitant sub pectore manes
ultricesque deae dant in noua monstra furorem.
dignatur Pharias isto quoque sanguine dextras
quo Fortuna parat uictos perfundere Patres;
poenaque ciuilis belli uindicta senatus 340
paene data est famulo. procul hoc auertite, fata,
crimen ut haec Bruto ceruix absente secetur.
in scelus it Pharium Romani poena tyranni,
exemplumque perit. struit audax irrita fatis,
nec parat occultae caedem committere fraudi, 345
inuictumque ducem detecto Marte lacessit.
tantum animi delicta dabant ut colla ferire
Caesaris et socerum iungi tibi, Magne, iuberet:
atque haec dicta monet famulos perferre fideles
ad Pompeianae socium sibi caedis Achillam, 350
quem puer imbellis cunctis praefecerat armis
et dederat ferrum nullo sibi iure retento

line 327 which confine it and prevent its spreading over its banks. Weise takes *molibus* of the large merchant vessels called βάρις by Herod. II 96, quoting the description of the rafts in IV 418 and 445, but this explanation appears to me far-fetched and unnecessary. Oud. conjectures *moribus*.

331. *crescendi*] 'forbids thy banks to set a limit to thy increase'. cf. I 81 *laetis hunc numina rebus crescendi posuere modum*.

332. *trahebant*] simply *spent*. cf. Phaedrus IV v 37 *uitam quae luxu trahit*.

335. *a scelerum motu*] sc. *a mouendis sceleribus*.

337. *ultricesque deae*] Oud. cf. Sen. Med. 975, 976 *discedere a me, frater, ultrices deas manesque ad imos ire securas iube*.

338. *dignatur*] 'he deems his worthless hands worthy to shed that blood as well with which &c.'

343. *in scelus it Pharium*] 'goes to swell the guilt of Egypt,' i.e. what was righteous vengeance on the part of the senate would have been mere murder on that of an Egyptian. For the expression, cf. Ov. Met. X 492—494 *mediaque manente medulla sanguis it in sucos in magnos bracchia ramos in paruos digiti*. Sen. contr. praef. § 6 *quae nos, dementissimi homines, tanta uaecordia agitat? parum uidelicet in poenas notae crudelitatis it*. Tac. Ann. III 50 *uita Lutorii in integro est, qui neque seruatus in periculum rei publicae neque interfectus in exemplum ibit*.

344. *exemplumque perit*] 'the warning is lost'.

346. *inuictumque*] '*but* assails the unconquered chief with open war'.

347. *ferire...iungi*] For the active infin. coupled with the passive cf. Verg. Aen. III 60—61 *omnibus idem animus scelerata excedere terra linqui pollutum hospitium et dare classibus austros*.

352. *nullo sibi*] 'retaining no power for himself'.

in cunctos in seque simul. tu mollibus, inquit,
nunc incumbe toris et pingues exige somnos:
inuasit Cleopatra domum. nec prodita tantum est,
sed donata Pharos. cessas accurrere solus 356
ad dominae thalamos? nubit soror impia fratri:
nam Latio iam nupta duci est: interque maritos
discurrens Aegypton habet Romamque meretur.
expugnare senem potuit Cleopatra uenenis: 360
crede, miser, puero: quem nox si iunxerit una
et semel amplexus incesto pectore passus
hauserit obscenum titulo pietatis amorem,
meque tuomque caput per singula forsitan illi
oscula donabit. crucibus flammisque luemus 365
si fuerit formosa soror. nil undique restat
auxilii: rex hinc coniunx, hinc Caesar adulter:
et sumus, ut fatear, tam saeua iudice sontes.
quem non ex nobis credet Cleopatra nocentem
a quo casta fuit? per te quod fecimus una 370
perdidimusque nefas, perque ictum sanguine Magni
foedus, ades: subito bellum molire tumultu:
irrue nocturnus: rumpamus funere taedas,
crudelemque toris dominam mactemus in ipsis

354. *pingues somnos*] 'luxurious sleep'. cf. Ov. Amor. I xv 7 *nunc etiam somni pingues.* Plin. Epp. V vi § 45 *altius ibi otium et pinguius eoque securius.*

355. *inuasit*] 'has seized upon the palace'. cf. I 242, IX 198, 410, Suet. Iul. 9 *dictaturam Crassus inuaderet.*

nec prodita] i.e. Egypt is not only betrayed to Caesar by Cleopatra but given by him to Cleopatra.

356. *cessas accurrere solus*] 'do you alone delay to hurry to your mistress's chamber?' i.e. to salute her as queen. This is Weise's explanation, but if this be the meaning one would have expected *unus* rather than *solus:* it is possible that the words may be intended to be ironical, 'do you hesitate to hasten by yourself to your mistress's chamber?' i.e. to rush into the very jaws of danger with none to help you.

357. *dominae*] sc. of her who is now your mistress.

nubit] i.e. is on the point of marrying.

358. *nam*] explains *nubit* 'for as to the Latin chief she is wedded to him already'.

359. *discurrens*] 'and hurrying from husband to husband, Egypt she has, and plays the whore for Rome'. For *meretur* cf. Prop. IV xi 39 *incesti meretrix regina Canopi.* Tac. Hist. I 30 *habitune et incessu an illo muliebri ornatu mereretur imperium?*

360. *senem*] sc. Caesar now 52 years of age is called *senex* compared with the young Ptolemaeus.

uenenis] 'love potions'.

361. *crede*] ironical.

363. *titulo pietatis*] Oud. cf. Ov. Heroid. IV 129 foll.

365. *luemus*] 'we shall pay the penalty with the gallows and the flame should he find his sister beautiful'.

368. *sontes*] 'guilty in the eyes of a judge so cruel', explained by the succeeding line.

371. *perdidimus*] 'committed in vain'. cf. VIII 53.

372. *foedus*] cf. IX 1021.

cum quocumque uiro. nec nos deterreat ausis 375
Hesperii Fortuna ducis. quae sustulit illum
imposuitque orbi communis gloria nobis:
nos quoque sublimes Magnus facit. adspice litus,
spem nostri sceleris: pollutos consule fluctus
quid liceat nobis: tumulumque e puluere paruo 380
adspice Pompeii non omnia membra tegentem.
quem metuis par huius erat. non sanguine clari:
quid refert? nec opes populorum ac regna mouemus:
ad scelus ingentis fati sumus. adtrahit illos
in nostras Fortuna manus. en altera uenit 385
uictima nobilior. placemus caede secunda
Hesperias gentes. iugulus mihi Caesaris haustus
hoc praestare potest Pompeii caede nocentis
ut populus Romanus amet. quid nomina tanta
horremus uiresque ducis quibus ille relictis 390
miles erit? nox haec peraget ciuilia bella,
inferiasque dabit populis, et mittet ad umbras
quod debetur adhuc mundo caput. ite feroces
Caesaris in iugulum: praestet Lagea iuuentus
hoc regi, Romana sibi. tu parce morari: 395
plenum epulis madidumque mero uenerique paratum
inuenies: aude: superi tot uota Catonum
Brutorumque tibi tribuent. non segnis Achillas
suadenti parere nefas. haud clara mouendis,

375. *quocumque*] sc. whether Caesar or Ptolemaeus.

377. *gloria*] sc. of conquering Pompeius.

378. *litus*] in quo Pompeium interfecimus. Weise.

379. *pollutos*] 'ask of the bloodstained waves'.

382. *par huius*] 'Pompeius' rival'. cf. I 7.

non sanguine clari] 'we are not, you say, of noble blood'.

384. *ad scelus*] 'still we are of mighty power for crime'. cf. supr. 45.

illos] duces Romanos. Weise.

386. *uictima*] cf. note on VII 596.

387. *haustus*] 'drained of its life-blood'. cf. Verg. Aen. X 313, 314 *huic gladio perque aerea suta per tunicam squalentem auro latus haurit apertum*.

390. *quibus ille*] 'apart from which he will be a simple soldier', i.e. and so easily killed. Weise cf. V 365. See also Shak. J. C., Act I Sc. ii 'I was born free as Caesar &c.'

392. *inferias*] 'offering to the shades of the slain multitudes'. cf. IV 789.

394. *praestet*] 'let the Egyptian soldiers do this service for their king, the Romans for themselves'.

395. *Romana*] This refers to the Roman soldiers serving in the Egyptian army. cf. Caes. B. C. III 110.

397. *Catonum*] 'to you the gods will grant to fulfil the many prayers of the Catos and the Bruti'. For the plural cf. note on I 313 *nomina uana Catones*.

ut mos, signa dedit castris, nec prodidit arma 400
ullius clangore tubae: temere omnia saeui
instrumenta rapit belli. pars maxima turbae
plebis erat Latiae: sed tanta obliuio mentes
cepit, in externos corrupto milite mores,
ut duce sub famulo iussuque satellitis irent, 405
quos erat indignum Phario parere tyranno.
nulla fides pietasque uiris qui castra sequuntur;
uenalesque manus, ubi fas, ubi maxima merces,
aere merent paruo; iugulumque in Caesaris ire
non sibi dant. pro fas, ubi non ciuilia bella 410
inuenit imperii fatum miserabile nostri?
Thessaliae subducta acies in litore Nili
more furit patrio. quid te plus, Magne, recepto
ausa foret Lagea domus? dat scilicet omnis
dextera quod debet superis: nullique uacare 415
fas est Romano. Latium sic scindere corpus
dis placitum: non in soceri generique fauorem
discedunt populi: ciuilia bella satelles
mouit et in partem Romani uenit Achillas.

401. *temere*] 'hastily'.

402. *rapit*] celeriter adducit, cf. I 228 *noctis tenebris rapit agmina ductor.* Weise.

405. *duce sub famulo*] cf. note on VIII 597.

406. *Phario tyranno*] i.e. the Egyptian king himself, still more his *famuli* and *satellites*.

408. *uenalesque manus*] 'and their venal hands serve for a pittance on the side whereon is right and the highest reward in prospect', i.e. the recovery of liberty. The meaning is that they fight on the right side, against Caesar, but it is for their soldiers' pay not for glory and liberty.

409. *iugulumque*] 'to assail the throat of Caesar they grant as a favour not to themselves', i.e. but to the Egyptians. For *sibi* cf. VII 697 *ostendit moriens sibi se pugnasse senatus.*

410. *ubi non*] cf. Hor. carm. II i 29—36 *quis non Latino sanguine pinguior campus sepulcris impia proelia testatur, auditumque Medis Hesperiae sonitum ruinae? qui gurges aut quae flumina lugubris ignara belli? quod mare Dauniae non decolorauere caedes? quae caret ora cruore nostro?*

412. *Thessaliae subducta*] 'withdrawn from Thessaly'.

413. *patrio*] cf. I 95—97. Hor. Epod. VII 17—20 *sic est; acerba fata Romanos agunt scelusque fraternae necis, ut immerentis fluxit in terram Remi sacer nepotibus cruor.*

te recepto] sc. had they welcomed Pompeius and helped him against Caesar.

415. *uacare*] sc. scelere, bello ciuili. cf. II 56.

416. *corpus*] cf. Liv. I 17 *Sabini sui corporis creari regem uolebant.*

418. *discedunt*] The metaphor is taken from dividing on a motion in the Senate, cf. Liv. III 41 *in hanc sententiam ut discederetur iuniores patrum euincebant.*

419. *in partem Romani uenit*] 'succeeded to the position of a Roman'. The metaphor is taken from succession under a will, cf. Cic. pro Caec. § 12 *heredem P. Caesennium fecit; uxori grande pondus argenti matrique partem bonorum maiorem legauit; itaque in partem mulieres uocatae*

et nisi fata manus a sanguine Caesaris arcent 420
hae uincent partes. aderat maturus uterque:
et districta epulis ad cunctas aula patebat
insidias: poteratque cruor per regia fundi
pocula Caesareus mensaeque incumbere ceruix.
sed metuunt belli trepidos in nocte tumultus, 425
ne caedes confusa manu permissaque fatis
te, Ptolemaee, trahat: tanta est fiducia ferri.
non rapuere nefas: summi contempta facultas
est operis: uisum famulis reparabile damnum
illam mactandi dimittere Caesaris horam. 430
seruatur poenas in aperta luce daturus.
donata est nox una duci uixitque Pothini
munere Phoebeos Caesar dilatus in ortus.
Lucifer a Casia prospexit rupe diemque
misit in Aegyptum primo quoque sole calentem: 435
cum procul a muris acies non sparsa maniplis
nec uaga conspicitur, sed iustos qualis ad hostes
recta fronte uenit. passuri comminus arma
laturique ruunt. at Caesar moenibus urbis
diffisus foribus clausae se protegit aulae 440
degeneres passus latebras. nec tota uacabat
regia compresso: minima collegerat arma
parte domus: tangunt animos iraeque metusque:
et timet incursus indignaturque timere.
sic fremit in paruis fera nobilis abdita claustris, 445
et frangit rabidos praemorso carcere dentes:

unt. partiarius was the technical legal term for a man who shared property under a will.

422. *districta epulis*] 'occupied with feasting'. cf. Corn. Nepos Hannibal cap. ult. *hic tantus uir tantisque bellis districtus nonnihil temporis tribuit litteris.*

426. *confusa manu*] 'carried out disorderly and trusted to chance'. cf. Tac. Ann. VI 52 (46) *mox incertus animi, fesso corpore, consilium, cui impar erat, fato permisit.*

427. *trahat*] 'involve in destruction'.

428. *rapuere*] maturauere. Weise.

summi] 'the occasion for completing their work was neglected'. It is better to take *summum opus* thus, than as equivalent to *maxima res*, which is Weise's explanation.

430. *mactandi*] This sacrificial term carries on the metaphor of *uictima* in 386 supr.

431. *in aperta luce*] sc. in the senate-house.

433. *Phoebeos dilatus in ortus*] 'reprieved till sunrise', cf. Ov. Met. XIII 518, 519 *quid, di crudeles, nisi quo noua funera cernam, uiuacem differtis anum?*

435. *primo*] sc. diem: apud nos sol feruet in meridie; apud Aegyptum etiam mane. Schol.

438. *passuri arma*] 'ready to bear the shock of arms'.

441. *uacabat*] 'was available'.

nec secus in Siculis fureret tua flamma cauernis,
obstrueret summam si quis tibi, Mulciber, Aetnam.
audax Thessalici nuper qui rupe sub Haemi
Hesperiae cunctos proceres aciemque senatus 450
Pompeiumque ducem causa sperare uetante
non timuit fatumque sibi promisit iniquom,
expauit seruile nefas intraque penates
obruitur telis: quem non uiolasset Alanus,
non Scytha, non fixo qui ludit in hospite Maurus, 455
hic cui Romani spatium non sufficit orbis,
paruaque regna putat Tyriis cum Gadibus Indos,
ceu puer imbellis, ceu captis femina muris,
quaerit tuta domus: spem uitae in limine clauso
ponit et incerto lustrat uagus atria cursu; 460
non sine rege tamen; quem ducit in omnia secum
sumpturus poenas et grata piacula morti,
missurusque tuom, si non sint tela nec ignes,
in famulos, Ptolemaee, caput. sic barbara Colchis
creditur ultorem metuens regnique fugaeque 465
ense suo fratrisque simul ceruice parata
exspectasse patrem. cogunt tamen ultima rerum
spem pacis temptare ducem: missusque satelles
regius ut saeuos absentis uoce tyranni
corriperet famulos, quo bellum auctore mouerent. 470
sed neque ius mundi ualuit nec foedera sancta
gentibus: orator regis pacisque sequester

451. *sperare*] 'he did not fear *then* though the badness of his cause forbade him to hope and he looked for (*sibi promisit*) a disastrous fate, but now although fighting against slaves (and so in a good cause) he fears'. Weise with some MSS. reads *spectare* which he thus explains 'as the badness of his cause ought to have forbidden him even to look on such opponents, as he was a rebel against the state': in this case we must take *fatum iniquom* as 'unmerited success': but the old reading *sperare* seems to me preferable and to give more force to the antithesis.

455. *qui ludit*] qui exercitii causa hoste interfecto affixo pro scopo utitur in quem tela ingerat. Weise.

456. *non sufficit*] cf. Iuv. x 168 *unus Pellaeo iuueni non sufficit orbis.*

462. *piacula*] 'a welcome atonement for his death'. suae morti expiationem Ptolemaei caede facturus. Schol.

463. *missurus*] 'intending to discharge thy head should darts and torches fail'.

